THE
WILLIAM R. PERKINS
LIBRARY

OF

DUKE UNIVERSITY

Rare Books

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/depeccatoorigina00beve

HADRIANI BEVERLANDI

J. U. Licentiati

DE

PECCATO ORIGINALI,

καθ' ἐξοχὴν ſic nuncupato,

DISSERTATIO.

Pſalmographus Pſ. LVIII. commate IV.

Abalienati ſunt impii inde à vulva, erraverunt ab utero; loquentes mendacia.



Ex Typographeio M. DC. LXXIX.

FABIUS Lib. XII. c. 6.

Non differendum eſt tyrocinium in Senectutem, nam quotidie metus creſcit, majuſque fit, ſemper quod auſuri ſumus: & dum deliberamus, quando incipiendum ſit, incipere jam ſerum eſt. Quare fructus ſtudiorum viridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & venia & ſpes eſt, & paratus favor, & audere non dedecet; & ſi quid deſit operi, ſuppleat ætas: & ſi qua ſunt dicta juveniliter, pro indole accipiuntur.

KBR
B571P

ARTE ET MARTE
Viro Inclyto
BERNARDO DE GOMME
Equiti torquato, Caſtrorum
CAROLI II.
Britanniae Regis
Grumatteo Supremo, Pariter ac Militarium Machinarum Architecto Generaliſſimo
HADRIANUS BEVERLANT
Privignus. Vitrico. opt.

L. M. Q.
D. D. C.

Luſtrum jam eſt ex quo, Honorande vir, pallentes legulejorũ modernorum mores radebam & ingenuo cavillo veterum jurisperi-

torum culpam deſigebam, ut togatorum hoc Puteal, Sophiæ tyrocinium nomini tuo, in grati animi κειμήλιον, inſcriberem; verum enim vero veterum monumenta ruminanti dulciores ſalebræ obvenêre, quibus fatalem neceſſariæ Veneris luem ſuo gladio jugulare jubebat corruptioris ævi cacoëthes. Tandem poſt ardua mentis, & lubrica ingenii, & negotiorum intercapedines tardigrado, inter ſacrum ſaxumque fluctuanti, multotieſque non indiligenter penſitanti occurrit placidum ingenitumque mortalium nefas, cujus ſalebroſam Spartam, ut tandem adornarem, nulla religio obſtabat, ſed omnis neceſſitas ſuadebat. Lugdunenſe laſerpitium Vitrico, qui ipſius genitoris provinciam hucuſque ſuſtinuit, offerri voluit

luit Pallas: utinam uno eodemque libando ſimpuvio in Britannia Catholicæ veræque religionis Liturgiæ brevi litare ſinat exercituum Rex & pacis auctor. Illic throni,

Illic purpureâ canus cum veſte Sacerdos.

Patriâ An. LXXII undique populatricis Martis tigribus & rapidis exoſſatâ Leonibus, (*infandum jubeor renovare dolorem*!) Metelli urbe, ruſticorum audaciâ truculentorum, civiumque diſſidiis, ad ſuæ defenſionis ſubſidia incautis, nec non imbellis inopiſque popelli rabie quaſſata, Diœceſi unâ atque alterâ hoſtium, cædes, incendia, ac Stupra meditantium, crudelitate propemodum deletâ ac depopulatâ

(*Oſſa vides rerum vacuis exucta medullis*)

per cæruleas Neptuni plagas, (non ſexus non ætas periculo tum vacua) equo ligneo, pelagum ſulcante, in diviſam à tota orbe inſulam cum me contuliſſem, quibus beneficiis, quibus delectamentis advenam non excepiſti! quibusne gaudiis, cupediisque, laſere & pipere inſperſis, exoticoque jure perfuſis, me delibutum reddidiſti! nuperque Illuſtriſſimo Comiti de Oſſory Periſcelidis Equiti literis melle & papavere ſparſis commendaſti &c! quæ omnia perſequi non patitur papyri æquor; oppreſſum itaque beneficiorum mole obticere jubet verecundia. Unum tamen prædicandum cenſeo, quod admodum prætextatam meam ætatem tuo præſidio vallabat pia mater, cum Bredæ A. LX tuis meritis, omnium primo mihi

mihi obſtipo capite priſtinam poſtliminio reſtitueret ſanitatem Sereniſſ. Fidei Defenſor, morbumque, qui per annos quatuor me infeſtaverat, monſtroſo tactu leniverit. Confragoſam in faſtigium dignitatis eſſe viam novimus Candidati, niſi purpura vendat Cauſidicum, vendantque Amethyſtina; maſculæ autem virtutis tuæ Specimina, in ardua nobilitatis ſupercilia vibrata, Sereniſſ. Regi Carolo Primo probata uſque adeo fuere, ut primore apicum congreſſu Equeſtri te ornaverit torque, diu inſervientem indies fidem expertus, Tibi cohortis præfecturæ provinciam demandaverit, cujus experimenta contra *Acherontis pabulum* tot tantaque intra telorum jactum primipilus exhibuiſti, ut te omneſ-

que conſtantes Martyr Carolus, cum cæleſtem hereditatem cerneret, abiretque ad ipſos Superos & beatos, Dilectiſſimo Filio mancipaverit. Itaque Sereniſſ. Carolus Secundus pietatis paternæ neceſſitate victus, Te mente ſolidâ conſtantem, Architectum machinarum bellicarum ſupremum voluit. hinc ſubverſi montes, maria contracta, Dunkerkæ, Portsmuthæ, Pleymouthæ arces ab imis fundamentis à te excitata. Egregia mehercule æternitatis monumenta!

Adde tot egregias urbes, operumque labores,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaque antiquos ſubterlabentia muros.

Mare Ibericum, jactis in altum Tingi moli-

molibus, tutum pacatumque reddidiſti, ita ut Turcæ contracta nunc ſentiant æquora ſua, & vindex ſtatorque piratarum celebretur Fidei Defenſor.

Fretum metuens pelagi pirata relinquet.

Nuper cum hoſpitalitatis teſſerâ me tanquam vinculo devinctum retineres, Te hoſpitiorum Mareſchallum, Cretatarium ſive Grumatteum dixit Regis ſacratiſſimi Majeſtas. Hæc omnia ſine ullo ſuffragiorum ambitu, refragante viroſâ ſuſurronum fæce, & applaudente multitudine, quæ nec alterius opimis marceſcit, nec acutis limat oculis, nec obliquo macet livore. Multi enim magnitudinem fortunæ ſuæ peccandi licentiâ metiuntur, tu autem ingenuâ comi-

Dum bombum bombarda ſonat, re-
ſonante boatu,

Pacem implorare admonet. Jam equidem tuba non amplius terribili ſonitu *Taratantara* ingeminat; ſed intra urbium mænia

Hi volucres tollunt Aquilas, hi
picta Draconum
Colla levant, multuſque tumet per
nubila ſerpens.

Ego ſaltem civilia bella Tardipedi Deo ſacrata velim, ut æternos habeant frænos, & adamantinis vincta catenis, & votorum æſtu ſopita in æternum quieſcant, tum brevi me reducem lares & penates tui videbunt recipientque præſtolantem (nec enim teſſeram confregiſti) quando tranquillo vitæ otio, & nunquam turbata gaudebimus quiete. *Da Pa-*

cem

cem Domine in diebus noſtris, quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter.

Pax hominum genitrix, pax eſt cuſtodia rerum,
Pax aperit juris juſtitiæque forum.
Gloria pace minor, minor eſt victoria pace,
Atque aliquid pejus pace triumphus habet.

Nobili,

Nobili, Conſultiſſimoque Viro,

DOMINO
D. JACOBO DE GOYER.

Elegantioris Sophiæ Initiato

HADRIANUS BEVERLANT.

Bene rem gerere.

Si noſſe digneris quantam pectoris mei portionem occupaveris, aſylum Suadæque medulla mea, non ex deunce, ſed tota exaſſe illud poſſides. Hucuſque gordio contubernii haud tralatitii glutine uniti coaluimus, & ſecretarum litterarum, nectaris florumque ubertate (quem thymum equidem non ſpirent hæ) refertarum commercia religioſe ſarta tectaque coluimus; ne tamen ancipiti invidiæ telo ſecarentur, noſque divelleremur iterum adamantino publici teſtimonii nexu me tibi devincio, ut æquali lance mecum certare digneris. Nec equïdem nunc doctrinam, dexteritatem, candorem pariter ac humanitatem tuam dignis encomiis proſequi inſtitui, dum omni virtutum gloriâ conſpicuus & pollens precariis teſtimoniis non juvaris. Scio equidem proborum candorem Stoi-

Stoicidarum livori ſubjacere ; ſed miror crudo mendacio inſontem me hodie ſauciatum. Conſtitueram Libros tres de Proſtibulis Veterum *typis mandare, quorum contenta dum Initiandis ſubinde patefacerem, neſcio quo Dæmoniaci zeli fotu (nec enim omnes eadem mirantur aut amant) factum ſit, ut è furno & lacu redeuntes puellæ me inverſo pollice occiderent populariter : dum* Hagae *inter fæmineas cathedras pauliſper deſiderem, cauſam inquiro :*

Gerræ germanæ, atque ædepol Lyræ
Lyræ.

Referunt laſcivæ Tribades, Celſo dictare paratæ, *ſe à fratribus prociſve intellexiſſe, me membrum illud, quo viri cluimus, arborem boni & mali, mulierum abſque fundo pixidem, Paradiſum (quem in Mezzapotta-mia fuiſſe nuper teſtabatur celſiſſima Princeps) aſſeruiſſe & præterea rationes convitii non plures movère*

Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia
cautes.

Me dius fidius

(Turpe quidem dictu, ſed ſi tentigine
rumpar) Cul-

Culpantis cupiam ſuſtinuiſſe femur.

Ita comparatum eſt, ut quicquid præter conſuetudinem emicuerit, repentino oculo ſpectemus, interrogemus, oſtendamus, & antequam ipſi perſpexerimus, legerimus & intellexerimus concepta relinquamus, & ut abominanda Tardipedi Deo devoveamus. Adeone inhumanum eſſe decet, ut inaudita, ad mentem referentis, forſitan furentis aut ſtolidi, ilico diris mancipemus! Nihil adeo abſonum, quod non mirari omnes deſinent, ſi præjudiciis ſepoſitis rem lynceis intueantur oculis. Quod ſi tamen agnitâ veritate perſeverare velint in errore, eos ut contumaces ad Anticyram relego, ut helleboro & porculo ſe piari ſinant donec reſipiſcant. Nulla in re improba Sacraque rerum induſtria dexterius luſit, quam in tanta ingeniorum varietate. Mentis caligo magis errorum amore, quam errandi neceſſitate agitatur, & ut ſui aliquid videatur afferre, etiam recta commutat, adeo ut diligenti cura errorem vix cavere poſſis, Qui cavit ne decipiatur, vix cavet cum etiam cavet. Et quum caviſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.

Cum

Cum circa ingeniti nefas originem atque naturam Siculis gerris vaniora comminiſcantur in ſpecu Trophonii bardi buccones, quorum ſodalitati ne congreſſu quidem primore ſocière peto; Ideo auſus fui mea ſtyli mucrone chartis illinire. Inter Antiſtites Eccleſiæ Primitivæ Epiſcopi atque Presbiteri quidam opinioni meæ favere videntur: haud tamen ſcio num recte & penitus enucleaverint, tu interim, Perſpicax Vir, oculatâ fide cernere & dijudicare poteris. Qui bene conjecerit, hunc vatem perhibeto optimum. *Quiritaris forſan me nimis audacem*

Meque ſub his tenebris nimium vidiſſe quereris,

Quaſi ea quæ penes Deum manere voluit Spiritus Sanctus, petulanter perſcrutatus eſſem. Neque enim impune quiſquam quod non licuit aſpexit. *Iſtud Quartillæ locum habet quo ad prophanos Priapi & Eleuſinæ Cereris orgiorum Sacrilegos, quod plane in me deſperatum noſti ſcomma. Curioſis ſciſcitatoribus, Quid Deus feciſſet ante jacta mundi fundamenta, repoſuit cum Euclide Auguſtinus, iis ſimilibuſque*

buſque gehennam fabricaſſe Deum. Quis enim novit mentem Domini, aut quis ei conſiliarius fuit? *Temerarie itaque Pſeudo-Dionyſius Areopagita cæleſtem Hierarchiam affectatâ prædicavit arrogantiâ. Hujus autem peccati ubique non meminiſſe dignatur Sacri Codicis auctor, licet arborem myſticé explicuerit Pentateuchi ſcriptor. Denique & deſperatiſſimum perfugium eſt, ſe nolle ea inveſtigare extra quæ ſalutem æternam conſequi poſſit. Quotidianum iſtud ac ſine fructu jurgium eruditâ ſuâ inſcitiâ (quam Divinæ auræ particulam fere dixeris) Scaliger ipſe enervavit. Inficias equidem non eo, nimiam ſæpe nocere diligentïam, ideo ne literarum intemperantiâ rationis egeſtas laborare videatur, verbis* neceſſitatis *ſolis utar, ne fæce petulantiæ ſermonisque lubrici pruritu polluatur ratiocinatio, in qua ſeveritatem comitatemque ſic miſcui, ut nec illa in triſtitiam, nec hæc in ſcurrilitatem degeneret. Conſilii & inſtituti ſummas habes, amicorum intime, fer ſententiam (ſunt verba Senecæ: commodius nihil eſt, quam ſemper ſapientiſſimorum ef-*

fatis

ſatis ſua polire) & pronuntia quis tibi veriſimillimum videatur dicere, non quis verum dicat, id enim tam ſupra nos eſt, quam ipſa veritas. Quis à prima parentum ſimplicitate degener ſibi polliceri auderet, ſe clare & diſtincte omnia percipere poſſe? vereor ne pro Iunone nubem *amplectetur tremulus. Divinæ enim ſapientiæ eſt verum ſcire.*

---- Poëta tabulas cum cepit ſibi
Quærit quod nuſquam eſt gentium, reperit tamen
Facit illud veriſimile quod mendacium eſt.

Interim cum inter luſciniarum querelas & inter improborum paſſerum fringultientes ſuſurros verſaris, ſcire aveo ecquid Venuſinâ lucernâ dignum judicaverint prophani, eaque umbræ tuæ reveles, neque viciſſitudini mutuæ affectionis remunerandæ longiores moras injicito, utpote à me iterata ad te meabit ſalutatrix pagina, cottidianæ charitatis de plano τεκμήριον, *quod ut indies per luſtra, propitio numine, fiat opto vehementer, ſperare licet vix ſinat præmeditatum in facundam Galliam, Cauſidicorum nutriculam*

Et penitus toto diviſos orbe Britannos *Iter. Verum enim vero ſinas ore rotundo Pace tuâ, tuos verborum globulos, quibus ſincerum affectum nuper egra me impertiri dignabaris, nunc in auctorem ſuum retorquendo vibrem.* Credo nec Oreſtem Pyladem, nec Caſtorem Pollucem, nec Narciſſum ſemetipſum tam perdite amaſſe, quam ego te, decus & ornamentum meum, diligo. *Sed quis, flos populi delibate, tuum pectus, generoſo incoctum honeſto, pariter ac ponderoſam ingenii tui vim non deperiret, niſi mentis inops? Lætus ſum cum Hectore Næviano laudari me abs te viro laudato. Adeoque præſiſcine nunc, affatu brevi Mattiacus, exclamare cogor,*

Vive diu mihi, vir dulcis, proprios
ego tecum
(Sit modo fas) annos contribuiſſe
velim.

Lugduni Batav. XXI. *Martias ipſo æquinoctio: quo tempore ſol periodo* νυχθημέρῳ *totum terrarum tractum perluſtrat, etiam Arcticam plagam & Antarcticam. Anno mundi redempti, ſiquidem æra vulgaris calculum bene ponit.* CIↃ.ICↃ.LXXIX.

Ha-



Monſ.r Beverland. J.U.Q.D.

Jugez du reste.

Palinck pinx. W Sherwin fec.

Hadriani Beverlandi
De
Peccato Originali Diſſertatio.

Bonum Factum.

I. N. D. N. I. C.

Dominus Deus præter quem *Deutr.*
nemo, Univerſi Creator T. VI, 4. Dei.
O. M. qui eſt, qui erat & qui * I *Timot.*
venturus eſt, propter ſe, æterna ſua III, 16. *Proverb.*
conſilia * *myſterii pietatis* volvens, VIII, 22. *Joh.* III,
decrevit cum præde ac vade, judice 16. XVII,
ac Paracleto noſtro Ieſu, hominem 9. *Hebr.* VII, 22.
ſalvare, quem degeneraturum no- Decretū. I *Petr.* I,
verat, aſt per Spiritum Sanctum ar- 19. 20.
rhabonem, ſponſorem ac obſidem *Act.* XV, 18. *Eph.*
adoptandum & reſtaurandum gau- III, 11.
debat, ad laudem glorioſæ ſuæ gra- *Joh.* XIV, 16. 17.
tiæ, quâ nos gratis ſibi acceptos ef- *Gal.* IV, 5. 6. *Eph.*
fecit in illo dilecto. Fatum! fatum! IV, 30. *Eph.* I, 6.

exclamarent hic gentium naturæ
Conſulti: at ego numen nutumque
divinæ voluntatis haud tralatitiis
hic agnoſco indiciis. Unitatem in
Trinitate, ante indigeſtam molem
pondusve illud iners, quem dixere
Job. chaos gentiles, Deum Opt. Max. ab
XXXVIII, 6. æterno, qui cœlos ex nihilo, in eiſ-
Cœli. que omnem angelorum exercitum,
Apoc. ut unanimi Ἀλληλούια creatorem
IV, 8. ſuum glorificarentur, Ἅγιος, ἅγιος,
Jeſ. VI, 3. Angeli. ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ,
ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, terramque
J. Scaliger. Exerc. 38. tricies ſemel millium quingentorum
Levit. arg. XIX, 19. milliariorum amplam & in ea omnia
Gen. I, 21. II, 7. animalia, exceptis ginnis, burdoni-
bus, alopecibuſque, ſine ſemine,
piſces ex aqua, hominem ex terra
creavit, exſtitiſſe & ratio & fides
Rom. I, 20. nos docent. Quis menſus eſt pugil-
Hebr. XI, 3. lo ſuo aquas? quis appendit in bilan-
Pſ. CXXIV. 8. ce montes & colles, niſi Deus ſeculi
Dominus? Ille incomprehenſibilis
pariter ac omnipotens Univerſi, vi-
ſibilium & inviſibilium conditor ac
rector,

rector, non equidem ſimplici elo- *Hebr. I, 2. Joh. I, 1. Job. III, 34.*
quio, ſed ſapiente verbo Filio ſuo
unâ cum fotu divinæ potentiæ Spi- *factores. Job. XXXV. com. 9.*
ritus Sancti, omnia, quæ non ſunt,
vocavit tanquam ſint. Omnipoten- *Eccl. XII, 1. Rom. IV, 17.*
tem hanc Trinitatis voluntatem ac
terrarum cœlique ſatorem agnove- *Tertullian. adv. Hermog. c. 22. adv. Marc. L. V. c. 1. adv. Herm. c 6. adv. Prax. c. 4.*
runt Ethnici, quos res factæ ad ali-
quid non factum deducebant, ut
Aratus teſte D. Paulo †, Sophocles
Euripides & Epicarmus. Contra Ari-
ſtoteles & *Plinius mundum pro nu-
mine habuere. Diabolica Idearum † *Act. XVII, 28.*
ſacramenta fovit inter Chreſtianos *L. II. c. I.*
potius quam vere Chriſtianos Iulius
Cæſar Vaninus, qui cum Marone & Vaninus.
Cardano Titania aſtra hanc molem Lucifuga.
agitare hariolatur, ſolem cœlorum
animam & Deum ſuum prædicat,
eique gratias agit pro ingenti illa *Applica huic I Cor. III, 20.*
doctrinæ mole à Deitate illa acce-
ptâ, omnia iſtius Dei digito, quem *Proverb. XIII, 13.*
ſphæræ octavæ cancellis incarcerat, *Jerem. VIII, 9.*
per influentiam cœleſtium corpo- *Job. XXI, 14.*
rum perfici docet: adeoque Moſen

Chriſtum & Mahometem fuiſſe ſydereos legiſlatores, ſtellarum fato Iudaiſmum Chriſtianitati, & Mahumetiſmo Chriſtianiſmum locum ceſſiſſe. Denique ut Ninus per Zoroaſtrum magum & Apollonius per aſtrologiam, ita & eadem vafricie cœteros legiſlatores decepiſſe orbē impius prophane bacchatur. *Nil mortalibus arduum, cœlum ipſum petitur ſtultitiâ!* Aſcletarionis obiit fatum: cum mundi conflagrationem cum Cæcilio exprobraverat, ſemet vivum Vulcano mancipari ſivit ſtolidus. O curvæ mentes! cœleſtium inanes! Vidit & ætas mea genuinum Luciani nepotem, Spinoſam, qui ex Hobbeſii hypotheſi nullum Deum præter fixum illum naturæ ordinem, ſive rerum naturalium fatalem concatenationem, venerabatur: nimirum cum Sacrum Codicem Orlando furioſo comparet vafer impoſtor, ſicut Vaninus Salomonis proverbia dixerat *populares ſententiolas, &*

Spinoſa. ἀϑεολόγος.

Amos. VI, 10.

cupi-

cupidineos verſiculos omni lepore deſtitutos. Hi ſunt impoſtores ſub Athei (ſit verbi abuſui venia, nam & hic naturam, alter & ſolem pro Deo habuit) ficta velataque perſonâ, ſpeculativi: de puris putiſque Politicis pariter ac *Epicuri de grege porcis* alias dicendi locus. Nos ex ſcaturigine aquarum viventium novimus, antequam montes gignerentur & produceret terram rerum opifex, à ſeculo ad ſeculum extitiſſe omnipotentem. Tollite ſurſum os ſublime erectoſque vultus & oculos ad ſidera vertite, & videte: quis creaverit hæc? & per creaturas, tanquam per ſcalam ad Deum aſcendetis. Quum itaque cernemus cœlos, opus digitorum Dei, lumen & ſtellas, quas diſpoſuit, nonne cum Sacro Vate exclamare neceſſe habemus? *Quid eſt homo, quod memor es ipſius? & filius hominis, quod viſitas ipſum?* ipſe Lucilius apud M. Tullium. *Quid enim eſſe poteſt tam apertum tamque*

Dial. XVI. *de Fluvior. gener.*

Pſ. XC, 2.

cœli.

Act. XIV, 17. *cum c.* XVII, 27.

Ovid. L. I, 297. *Faſt.*

Tertull. c. 17. *Apolog. Pſal.* XIX, 1.

Pſ. VIII, 5. *lege Rom.* 1, 20. *Ariſt. de mundo c.* 6. *Baſilius Seleu. Orat.* 1.

perſpicuum, cum cœlum ſuſpeximus, cœleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod Numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc omnia regantur.

Angeli. §. II. Creavit itaque Deus omnia quæ in cœlis & quæ in terra ſunt, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates. Fecit angelos Spiritus miniſtros ſuos, ignem flammantem. Quæcunque itaque ſecundum beneplacitum creaverat Sator, ea erant omnia *valde bona* ait Hebræus Scriptor. Cuncti itaque boni erant angeli, qui in ſanctitate ſua perſeverare potuiſſent, ſi voluiſſent, ſed non perſeverarunt velle myrias myriadum electorum, creatoris gratia adjutum, perſeveravit, millies milleni non ſervarunt ſuum principium, ſed reliquerunt proprium habitaculum, ad judicium magnæ diei, vinculis æternis ſub tenebris vincti. Negent itaque Sadducæi, Enthuſiaſtæ ac Hobbes & qui Cyclopicam ducunt vitam

Coll. 1, 16. *Pſ.* CIV, 4. boni. *Jud.* §. 6. mali. *Act.* XXIII, 8. *Hobbes Leviat.*

vitam Angelorum Dæmonumque exiſtentiam, dum ipſi alias nulli litant, quam ipſi quem negant.

Similes amant labra lactucas.

Eorum autem Hierarchia quæ quantaque ſit penes Deum noſtrum ſunto. Melior eſt ergo fidelis ignorantia, quam temeraria ſcientia. Licet gehenna infidelibus necdum videatur exſtructa, deceptos tamen ſero ſe videbunt Sadducæorum aſſeclæ, dum ea quæ de Dæmonibus legimus, de phantaſiæ & imaginationis male diſpoſitæ aberrationibus interpretantur. verum ad Spartam. *Rom.* 1. 18. 19. 20.

§. III. Cum Rabbinis & Cabbaliſtis Patres, Iuſtinus Martyr, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Euſebius, Tertullianus, * Lactantius & Sulpitius Severus nec non Ioſephus volunt ex cap. VI. com. 4. Geneſeos *Filios Dei* (ut equidem dicuntur angeli Iob. 38. §. 7.) Angelos ante diluvium è cœlo excidiſſe & cum filiabus hominum concubuiſſe, ex *Rab. Eliez. c.* XXII. *Apolog.* I. *Idolol. c.* 9. * *L.* II. *c.* 4. *L.* I. *c.* 4. *& Philo de gigant.*

quo-

quorum patratione Gigantes procreatos quovis ſacramento contendunt. Franc. Valeſius Dæmonas incubas intelligit, ex quibus nati eſſent Seirim & Schedim, Striges, Lilith

C. 8. in Philoſ. S.

Et ruſtica numina Fauni
Et Nymphæ & Monticolæ Silvani.

Eſai. XIII, 21. & XXXIV, 14.

Quæ nos de Cercopithecis & morbo Ephialtico & vulvæ converſione intelligenda eſſe ſigillatim L. II. c. ult. de *Proſtibulis Veterum*, deduximus. Somniorum hæc interpretamenta, quæ eruditos in errorem præcipitarunt, orta ſunt ex Lectione Verſionis LXX Interpr. Philo Iudæus ſic locum Moſis allegat. ἰδόντες ὁ Ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων. Ioſephus πολλοὶ ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδες. quibus ſuffragantur Euſebius nec non Auguſtinus. Sapienter autem Soſpitator noſter Sadducæis reposuit. Ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς Ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ

Plin. L. VII. *c.* 52.

Similia in Enochi Apocr. & in Chron. Alex. Cedreno. conſule Scalig. ad Euſeb. p. 234.

Matth. XXII, 30.

οὐρανῷ εἰσί. At ego tibi ſermone iſto Mileſio fabulas diutius conſerere, aureſque tuas lepido ſuſurro permulcere nolo:

Hominem pagina noſtra ſapit.

Nimis futile Tertullianus, Angelos illos vocat *deſertores Dei*, *amatores fœminarum*, *proditores hujus curioſitatis*, *& propterea quoque damnatos à Deo*: cum ex Divinis oraculis conjicere potuiſſet, eos ob rebellionis Eccl. x. auſum & ambitionis attentatum in tenebrarum regnum fuiſſe prius detruſos. qualis autem fuerit illa ſuperbia ſupparo ſilentii involvit Spiritus S. Invidiæ urticâ percitus Dæmon Evam ilico arrogantiæ æſtro infeſtavit, mox libidinis pruritu infecit, quibus ſe & maritum & cunctos ſeros nepotes ſuos præcipitavit. Geneſeos comma ante memoratum, digreſſionis noſtræ ſcopo eouſque inſervit, ut fideles iſtos, poſt protoplaſtas, pulchritudine filiarum delectos arguat peccati originalis dirum

nefas

2 Pet. I, 4. applica & 1 Petr. c. 11, 9. Pſal. 105, 6. 2 Reg. VI, 1. Matth. XI, 19. 2 Reg. II, 12. 1 Pet. III, 20. Luc. XVII.

nefas. Filii Dei (homines ſancti ut ἰάτρων παῖδες pro medicis: ſic Hoſeas filius Been, nam diſcipuli Prophetarũ dicebantur filii, & ipſi Vates patres) id eſt Sethidæ cum infidelibus (non plebeis) Caini filiabus ac neptibus ſceleſta ſeminis inquinatione ſeſe polluerant. Sethidas noto, quia Abel ἄτεκνος, quem non immerito παρθένον *cælibem* dixit Suidas. Cainitæ Religionis obtentu Dei populum, qui publice ceperat Dei nomen invocare, dolo malo circumvenerant, quorum pulchras tremulis oculis devorabant puellas, fœdaque copula cum iis miſta commovere inguina, ex quibus robuſti & ſalaces nati ſunt Spurii, nefarii ac inceſtuoſi, dicti *Gigantes*, potentes à ſeculo, viri nominis Nephilim, non quod contra Jovem lacertos moverent, ſed quod virtuti caſtra opponerent, quia mox non minus libidine graſſati, ſceleribuſque ob apoſtaſiam à Deo lapſi ſunt. Rationem ſubjungit

Suid. in Σήθ.

Sethidæ.

Legeſodes Seldeni c. III. Prolog. de Diis Syriis.

1. Heſiod.

Pſal. X.

git textus, *quia homo caro erat*, at carneus non potuit producere, niſi μοιχείαν, πορνείαν, ἀλαθαιρσίαν, ἀσελγείαν. Ut in primorum peccatorum catalogo recenſentur enormis polygamia, divortia, inceſtus, adulteria, Scortationes & vagæ libidines. Cum itaque videret Deus cogitationes mortalium libidine ab infantia eſſe depravatas, dicitur pœnituiſſe, quod feciſſet hominem in terra: Dum adeo hac labe ferruminatus eſſet, ac Martialis exclamans *Gal.* v, 19. *Gen.* xxxv, 22. 2 *Sam.* xi, 4. & c. xiii, 2.

Sic me vivere, ſic juvat perire! *L.* xii. *Ep.* 28.

§. IV. Eâdem cordâ cum Tertullianô errant minorum gentium ϑεολόγων παῖδες (pace humaniorum ſtudiorum præſulum dixerim) qui mulieres in templo velatas volunt ob cœleſtes angelos; *ne pulchritudo earum illecebra ſit angelis ad eas libidinoſe amandas, adumbrari debet facies tam periculoſa, quæ uſque ad cœlum ſcandala jaculata ſit.* In capita nundinatæ virginitatis graphice, & *Tertull. de habitu mulier. & de veland. virginib.*

ce, & jure merito invehuntur Ec-
Annal. Tom. I. an. LVII. cleſiæ antiſtites Hieronymus, Clemens ac Baronius. Mulier enim debet habere ἐξȣσίαν tutelam ac pote-
1 Corint. XI, 10. ſtatem, tegmen capitis in ſignum ſubjectionis & minoris dignitatis, quod maritum, mulieris caput, dedeceret. Sexus enim docet, ut viri caput, in quo totus homo eſt, non tutulis faſtigiatum ac turritum ſit ut
§. 14. mulieris. in quos effœminatos invehit Apoſtolus, qui ſuo tempore eodem modo in vertice, apicis inſtar, religebant cæſariem, nodòque ſubſtringebant, ut mulieres comam. Non autem cæſariem prolixam damnat, ſed comam muliebrem, quâ calamiſtrati cinædi, pathici ac pæderaſtæ tum temporis Corinthi nubebant, ut ex Ariſtophane ac Martiale L. II. *cap.* IX. *de Proſtibulis Vete-*
Heb. 11, 5. Mommæ Oeconom. L. II. c. 2. §. 31. *rum* notavimus. Monet vero Paulus ut (Angeli enim nunc in Eccleſia non apparent ut olim) tecto vertice prodeant puellæ in templa, ne pelli-

pellicerent à precationum votorumque zelo Epiſcopos; presbyteros, aliosque Sacris initiatos. Jac. Godofredus legit διὰ τὰς ἀγελαίας: *propter juvenum greges.* verum Sacrum textum temerario pruritu corrigentes, hunc Togæ præconiis præeminentem, interque perorantum Togatorum numeros Illuſtrem, Patre ſuo longe doctiorem Papinianum, ſicut & Tanaquil. Fabrum κριτικώτατον, aſt κριτηρίοις machiniſque ſuis decretoriis mordicùs fabrum, & Stapletonum jure deteſtamur. διὰ τὰς ἀγγέλους non abſque ſacrilegio Criticus mutabit. Dicuntur enim paſſim legati, nuntii, & angeli Chriſti diſcipuli & Levitæ. Sicut Sanctus Principis Legatus deſideria ejus exacte interpretari; Ita & Sacrarum cæremoniarum Præſul Dei oracula fideliter explorare debet. Diodorus Siculus apud Photium de Judæis. *Summum Sacerdotem hunc vocant, eumque habent pro angelo mandato-*

ἄγγελος. nuntius. *Jac. Godofied.*

Tanaquil. Faber. *In Epiſt. & ubique non Legiſis Journal des Sçavans An.* 1666. *p.* 250. & 395.

Iuxta Deutr. c. XVII, 8. 9.

rum Dei. Ἀπόστολος præco & nuntius dicitur κήρυξ καὶ ἄγγελος. quo
Iliad. α. ſenſu & apud Homerum.

Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Agg. I, 13. Mal. II, 7. & III, 1. Nec Sacer Codex hoc elogium iis denegat. Ita Eccl. v. com. 5. *coram angelo illo*, id eſt Summo Sacerdote, apud quem reddenda erat votorum ratio. Angelo eccleſiæ Epheſinæ ſcribit Chriſtus: ſenſu myſtico ſecundum Stylum Apocalypticum, intelligit Epiſcopos & Antiſtites. Ita & Michaël cum angelis, id eſt Chriſtus cum Apoſtolis. Et mehercule non tantum Gentilium, Gnoſticorumque ſed & Chriſtianorum Sacra mulierum petulantiâ fuiſſe polluta per totum Librum primum de *Proſt. Veter.* ſatis ſuperque naſutis propino.

Levit. XXVII. Apoc. II, 1. Apoc. XII, 7.

Omnis in hanc Danäem confeſtim depluit imber
Aureus.

Barnabas. Scintillæ carnis corruptæ primæque labis pullulant etiamnum in electis.

ſunt

ſunt enim & σαρκικοὶ, habentque membra carnea adeoque eorum titillatione etiamque vexantur. Hoc de ſe teſtatur Barnabas. ὁμοιοπαθεῖς ἐσμὲν ὑμῖν ἄνθρωποι. Et Paulus indicat in membris ſuis ineſſe νόμον ἁμαρτίας. Licet alibi glorietur ſe hiſce ſtimulis haud agitari, interim tamen ut ante pravis carnis deſideriis cum Saulus vocabatur à capite ad calcem pollutus erat, ita poſtea corruptæ naturæ fomites obſervavit: ubi in extaſi audiviſſet εἰς ὀπλασίας ἄῤῥητα ῥήματα, ipſi datus fuit urticæ Satyrionis atque ſalacis erucæ in carne pruritus, ne exultaret, quem ſentiens ilico

Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.

Fuit autem ſine conſenſu voluntatis in eo vetus homo, quem ſi graſſantem intellexiſſent Carpocratiani aliique nefarii Pſeudo-Apoſtoli, tota viſionis ejus certitudo enervaretur. *Bonum mihi fuit affligi*, ait D. Vates, *ut diſcerem ſtatuta tua.*

Gal. v, 17. Coll. III, 5. Act. XIV, 15. Rom. VII, 18. 1 Cor. VII, 7. Epheſ. II, 3. Baron. I. An. Paulus. 2 Corint. XII, 4. Pſ. CXIX, 71.

Com. 2. Cap. XII. Rom. VII, 24. Ter. Hec. I, 1. *Novi hominem* ait. homo erat & nihil humanum à ſe alienum putabat. *Humanum amare eſt*, ait Plautus, *humanum autem ignoſcere eſt.* & adultera apud Satyriographum *Homo* Sat. VI, 285. *ſum.* ad Circen Polycænus. *Fateor me domina ſæpe peccaſſe: nam & homo ſum & adhuc juvenis.* Denique *carnem* in Sacro Codice pro Levit. VI, 10. & XV, 2. 3. parte illa, quam ne ad cogitationem quidem admittere ſeverioris notæ homines ſolent, ſumi haud ignorant prætextati nec prophani, qui modo à limine ſalutaverint ædes ſacras, niſi *necdum ære lavantur.*

§. V. Hucuſque ἐν παρόδῳ de *Cadmi filiolis atricoloribus* Προαύλια καὶ παρακαταθέσματα. tandem ex ſemita in viam. Ne itaque in ipſo portu per anticipationes noſtras feciſſe videamur naufragium,

Non hic te carmine ficto,
Atque per ambages & longa exorſa tenebo. Alti dominator poli & ſummus pater S. Trinitatem inſtigans, Iob. XXXIII. §. 4. *Facia-*

Faciamus, inquit, *hominem ad imaginem, & ad ſimilitudinem noſtrā*. Sexto die tandē colophonem creationi imponens Deus, parvum mundum, *miraculorum miraculum maximum* Platoni, hominem terrigenam ex meliore luto ad imaginem ſuam efformat; adeo ut quod fuerat prius in intentione poſtremū fuerit in executione. Philo. p. 17. Act. XVII, 25. 26.

Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet:
Natus homo eſt. Sive hunc divino è ſemine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo.

L. I. Met. Sil. Ital. L. XIII. Lactant. L. I. c. 2.

Primus hic hominum dictus fuit Adam à terra rufa, ex qua ſumptus erat. Heſychio Ἄδαμα eſt παρθενικὴ γῆ. *terra* virgo & pura. nebulam in pariete fingit Scepticus ille Pererius cum recutitis, qui ante Adamum Jambuſar, Tragrith, Roane & Lilitha nominat. Cor hoc Zenodoti &

Adam. Gen. III, 18. Iaſeph. L. II. Gen. I, 27. c. II, 22. I Timoth. II, 13. Præadamitæ. Buxtorf. in Synag. c. 2. adde

1 Cor. xv, 45. Gen. III, 5. 7.
Jecur Cratetis Chryſippique caput locutuleji cum Clariſſ. Mareſius & Heideggerus diu ſandalio demulſerint, actum non agam ego, ne me

---- Criſpini ſcrinia lupi
Compilaſſe putes.

Næ vix tranſire poſſum Cunæi, viri ob Satyram Menippeam venerabilis, (Deus plagiarios & ſuppreſſores iſtos prodat, qui Sam. Petiti & Cunæi Dioſcurorum Lucubrationes in Joſephum hucuſque privatis cancellis incarcerarunt.) & ob patriæ meæ decus haud ſine honoris umbraculo nominandum, verba: *Prima incu-*
L. III. c. I. de Repub. Hebr.
„*nabula Eccleſiæ vidit recens mun-* „*dus, cum in quatuor capitibus ſtaret* „*humanum genus. quatuor oves in* „*tanta mundi vaſtitate agebat ma-* „*gnus ille paſtor. unam ex his lupus* „*hic abſtulit.* Occiſo Abele pars mundi quarta exſtincta fuit ait Sagax vir. illi homines, quos Cainus tanquam fratricidii ultores metuebat, itaque erant conſcientiæ ejus terriculamenta *Heu*

Heu quantam pœnam miſero mens
conſcia donat.

Quinam fuerint illi homines, quorum ipſe opera uſus eſt ad condendam urbem, & ex quibus fœcundam utriuſque ſexus prolem ſuſcepit, controvertitur. Hos autem non ex luto aut nive finxit, homicida, nec ſponte illa tempeſtate homines tanquam fungi ex terra nati, aut vermiculorum inſtar ex pulvere effuſi ſunt, ut delirat Democritus. Licet Abel ἄπαις, Seth tamen ejuſque progenies, cum Cainitis nuptias contraxêre, & ſcortati ſunt, ita ut brevi multiplicari potuerint! adeo ut neceſſe haud ſit multitudinem hominum in omni ſuperficie terræ *Præadamitas* fuiſſe audacter aſſeramus. Creavit Deus μικρόκοσμον in agro κόσμου Damaſceno, & hinc in Paradiſum terreſtrem tranſtulit, ut Ὀνοματουργὸς καὶ ὀνοματοθέτης nominum opifex brutis nomina imponeret. In Paradiſo autem

Rabbi Elieſar in capitalis.

Joſeph. l. 1. c. 2. Adam Nomenclator.

Tertull. l. II. contra Marc. poſt ὀνομοθεσίαν ei adjutorium adjunxit benignus pater. ex Adami
Matth. XIX, 4. carne & coſta Evam ut filiam in effi-
I Timoth. II, 13. giem cuncta moderantis fecit rerum
L. I. D. de rer. amot. opifex. hinc uxorem vicem filiæ ſuſtinere ait JCtus. Statura ejus fuit juſta & decens, non gigantis inſtar ut
L. I. c. 4. Miſc. Coraſius ac Lipſius aſſeverant, nec
Phil. Stoic. III, 5. pumilionis, ſed eximius formâ juſtâ:
Luc. XIX, 2. non monſtroſior Zacheo, aut Go-
Num. XIII, 33. liatho aut filiis Hanak; verum pul-
I Sam. XVII, 24. chrior Saule, Eljabe, Xerxe aut
c. X, 23. Commodo, quin conſummatiore
c. XVI, 6. felicitatis dote conſpicuus quam
Sid. Apoll. L. I. Ep. 2. Theodoricus junior Viſogothorum Rex in Gallia. nec eum vicit forſan Immanuel noſter, ex filiis hominum pulcherrimus. Quos ἠλάττωσας
Pſ. XLV, 3. βραχὺ παρ' ἀγγέλους. Divinum quam
Hebr. II, 7. 9. maxime animal hominem, æmulum
Imago. Dei ſimulacrum non externo habitu in effigiem ſuam efformavit Deus ut hariolantur Anthropomorphitæ & Manichæi; ſed internis animæ dotibus, iiſque divinis, immortalitate, ſancti-

ſanctitate & ſapientiâ & juſtitiâ efficaci, nec non in armentorum belluarumque totumque in orbem Dominiô ornavit, ditavitque. Dominium ante & poſt in beſtias, & jus edendi carnes habuit Adam, ut invictis argumentis contra Curcellæum adſtruxit cum Bocharto Heideggerus. Vetuſtiſſimi hi mortalium nulla adhuc mala libidine, ſine probro & ſcelere perciti, inexpertâ aſtutiæ & mali neſciâ, ornati ſimplicitate, jus faſque ſine lege colebant; cum honeſta ſuopte ingenio peterentur: Erant enim pii in Deum, Sancti in Creatorem, juſti adverſus omnia, quæ à Patre cœleſti acceperant, quibus ut Trinitati litarent juſtum erat & ſanctitas poſtulabat. aſt è veſtigio per Sammaelem Dæmoniacum, cujus nomen legio & Beelzebul (qui regnum ſuum nefaria libidine ac crudelitate promotum iri prævidebat) ſeducti, pro modeſtia & pudore ambitionem & libidinem concepêre,

Sanctitas. Juſtitia. *Eph.* IV, 24. *Gen.* I, 30. *&* IX. 3. Dominium. *Gen.* IV, 2. 4. *&* c. III, 21. *Expreſſe* §. 29. *&* 30. *Geneſ.* I. *quod male in Belgicis B. datum.*

pêre, ſeroſque nepotes utriuſque rabie infeſtarunt genitores; adeo ut imagine prius illibatâ nunc pollutâ cum brutis communem habeamus coëundi impetum: uti per ὑποτύπωσιν Moſes, [vel in Hexaemero Moſaico per ἀνακεφαλαίωσιν Eſdra, vel ὕστερον πρότερον Scribæ,] Symbologice ac ἱερογλυφικῶς juxta Philonem Judæum (nec tamen Loxiæ Delphici Oracula ſapiunt, aut gryphorum Bœotiorum ænigmatum μυστικότατα redolent) Pentateuchi ſcriptor perennitati inſeruit, cujus oracula per περίφρασιν nunc ſigillatim proſequar, & ſi quædam ruſticante ſtylo, comiciſque ſalibus peraravero, ſalvâ veſtrarum aurium ſeveritate perſtricta æqui bonique conſulitote.

L. VII. de Emend. Caſ. Exerc. 16. n. 15. Cun. L. 1. c. 14.

§. VI. Relictis Talmudicorum Rabbinorumque Labyrintheis anfractibus, apinis triciſque, *Et ſi quid vilius iſtis*, commentis, quos fabulatores dixêre Scaliger, Caſaubonus, Cunæus, Heideggerus & paſſim D. Polus;

Polus: habuerunt enim iſti interpre- *Hidd. Hiſt.* Patr.
tes velamen cordi impoſitum, unde *p.*128,19.
mortuis horum gloſſariis paſſim cæ- 168, 3. 2 *Cor.*
corum veſtigia preſſit Πολυμαθέστα- III, 14.
τος ὁ μέγας, quem *mundi miraculum* Grotii e-
dixit Peireſckius, *monſtrum ingenii* logia,
Salmaſius, & *maximum Grotium* Cæ-
ſius. Naturæ auctor in finibus Me- *Gen.* II,10.
ſopotamiæ Armeniæ & Aſſyriæ, ubi Topographia.
Tigris & Euphrates & Piſotigris *Euſeb.*
ſive Naharſaris in unum confluunt *præp.* XII, 11. *Curt.*
alveum, Hortum (*Alcinoi* Homero, *L.* V. *Plin.* *L.* V. *c.*
Jovis Platoni, *Heſperidum* Plinio) 26. & *L.*
delicatiſſimum die tertio plantave- XVIII, 17. *Solin. c.*
rat ad Orientem, prope Haran, A- 50. *Luc. L.* III.
rabiæ nundinarium, in Eden regio- *Boëth. L.*
ne fertiliſſimâ Babyloniæ parte, quæ V. *c.* I. *Gen.* XIII,
& pars Meſopotamiæ eſt. In hunc 10. *Ezech.*
Paradiſum, Armeniæ ſaltum, Me- XXXVI, 35. *Jeſ.* LI, 3.
dica Tempe, locum omnigenæ ἡδο-
νῆς, Hortum Dei, hominum primos
duxerat Univerſi creator. Libera-
liſſimus hic ac benignus Pater homi-
ni omnia, beſtias, earumque carnes,
herbas, piſces cunctaſque arbores,
earum-

earumque fructus, concedit, quin &
fructus ligni vitalis, cujus eſu non
quidem ſemel, ſed ſæpius vita po-
tuiſſet produci in æternum, utpote
Apoc. II, ſymbolum ac ſacramentum vitæ æ-
7. *Joh.* I, 4. *Apoc.* XXII, 2. ternæ, & typus Chriſti, ſi obſequii
gloriâ Nomothetam demeritus eſ-
ζητήματα. ſet. Erat autem & altera arbor in
Lib. IV. meditullio μικροκόσμου *mundi mino-*
Lib. II. *ris*, (ut hominem vocant Manilius
Naz. Orat. 34. *Nyſſ.* ac Arnobius) dicta ſcientiæ boni, &
c. 16. mali truncus: ab eventu, quod ex
luxuriantis ſurculi ſarmentis cogno-
verit bonum, cujus jacturam fece-
rat, & malum in cujus barathrum in-
ciderat audax, juſtitiam & pecca-
Auguſt. L. XIV. *c.* 17. *de C. D.* tum, bonum obedientiæ & malum
perpetrati ſceleris decernens ſero
immorigerus. Vetuerat enim ſum-
mus legiſlator hujus arboris florem
Gen. II, 17. decerpere. *Ne comedatis de hac ar-*
bore; nam hujus tentigine delibuti
ſincerum incruſtabitis vas & *morta-*
les eſſe incipietis. Culpam pœna pre-
Gen. III, 1. met comes. impurus enim ille διά-
βολος,

βολος, ſceleratæ mentis diris agitatus Dæmon, ſub ovis pelle lupus pariter ac molli ſub hædi vellere Draco, ac Leviathan, prophanus apoſtata, libidinum incenſor, à Deo patre damnatus, à Chriſto ſeparatus, à Spiritu Sancto alienatus atque ab angelorum choro relegatus, uti olim per pythoniſſas boves picaſque, ita per Baſiliſcum aut ſerpentem, animal lubricum & tortuoſis anfractibus mobile, cœteris callidius operi ſuo congruum, verſipelli aſtutiâ veritati errorem ſubornans, allocutus eſt Evam, utpote tenero corpore & infirmâ mente virginem, doliſque magis expoſitam ac ad turpes actus proclivem puellam.

* *Hæc ſexus male fortis agit, cui pectore in atro*
Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æſtu.

Mox obtentu religionis vel ſanctioris vitæ, aciem mentis, niveâ ſimplicitate ſincerioris, hoſtis ſaucius obnebu-

2 Corint. xi, 3. Apoc. xii, 9. Pſal. xci, 13. Plin. viii. c. 41. Liv. xxxv. c. 21. Val. Max. L. i. c. 8. Jul. Obſeq. c. 37. Eſ. xxvii. §. 1. Bocharti Hieroz. L. i. c. 4. Matth. x, 16. Pſal. viii, 3. Matth. xiii, 39. 1 Pet. v, 8. Apoc. xii, 9. Eurip. in Medea Ovid. x. Met. Plin. xi, 49. Ariſt. L. iv, 9. de gener. * Prud. Ham. 277. D. Petr. 1. Ep. 3, 7.

nebulans, biſulcam vibrat linguam, & obſtrangulati nunc ingenii fluctuantem mulierem maleſuadarum ſententiarum congerie adoritur carnifex. Ne credas mi blanda, inquit verſipellis impoſtor (poſtquam Eva cum callido ſerpente luſitaverat, ejuſque ſibilo corpore collum & brachia ornaverat, ſi Clementis Alex. L. Ramirezii apud Bochartum & Molinæi conjecturis locus ſit: Saltem ſermunculas fabulaſque plures, quarum farrago in hodierno Codice claſſico non legitur, habuit, quam equidem ſcripſit Eſdra, prout religioſiſſimi Spiritus S. amanuenſium concedunt interpretes) Deum juxta immenſam ſuam liberalitatem vobis uſum illum, quem equidem quadrupedibus conceſſit, denegaſſe, cum herbam arboremque Adami noluerit otioſam ſterilemque vaneſcere.

Tentatio verſipellis.

L. 1. c. 4. *Hieroz.* *Diſp.* III. § 44. *Morinus*, *Capellus*, *Bonfrerius*.

Nemo tentis mentulis dat, nemo nervis otium,
Ecce paſſeres ſalaces, ecce rauci turtures

Hac

Hac ſuper virente myrto vos amoris admonent.

Reſpondet Illachrymabilis exitii Candidata, lugubri periclitantis (ſit periphraſi, unicuique interpreti conceſſæ, venia, nec in cenſum ſuavium & Mileſiarum fabellarum referatur analyſis noſtra) ſimplicitatis linguâ: fructum ligni vitalis & quamcunque herbam nobis delibare permiſſum, ſed fructus arboris, pali & floris pulcherrimi, quem in meditullio corporis Adami plantavit naturæ auctor, carpere vetuit Deus, ne forte moriamur. Mox candidæ columbæ (*Occaſione duntaxat opus improbitati:* dum Adam ſub Jove frigido teneræ conjugis immemor interim Dei opera contemplabatur) pruritum, anguino veneno tingens atque acuens corruptiſſimus fur Cotyttus ac ſpoliator pergit, eamque animi virginitate modo deſtitutam, libidineque percitam, evidens Chriſti mancipium,

[Margin: ἀδιάλογισμος. — Inſaniæ meditatio.]

cipium, ſequentibus blanditur periclitantium προδάκλητ@: Novit Deus vos nec inexorabili fatorum neceſſitati, nec duro Parcarum imperio ſuccubituros, nam eo die quo conglutinabimini, oculi veſtri aperientur, eritiſque Creatori veſtro ſimiles; (ut ille æquam Dei poteſtatem ſibi arrogare niſus erat, ita ex invidia Evæ perſuadet, ſi Dei mandatum tranſilias, impoſterum exlex vitam ages, cui ſolo ſanctionis obſequio minor es. tranſgreſſio, inobedientia & ambitio nec non φιλαυτία & ratiocinatio prava præceſſit equidem concubitum) dum æque homines generando creare poteritis ac ipſe Deus.

Verſuta prudentia.

Eccl. x. *Jeſ.* xiv. *Ezech.* xxviii.

Rom. v, 14. *ib.* 19. *Eccl.* vii, 29.

Pollicitatio aſtu veriſimili velificata.

Nihil eſt quod credere de ſe
Non poſſit, cum laudatur diis æqua poteſtas.

Nec tam rudes & ſimplices eritis ut ante; verum donum hoc ad homines futuros, inter quos eritis Principes decernentes inter bonos & malos,

malos, regendos impertitũ videbitis. Ambitioſa fames.

Ite, agite ô Juvenes: pariter ſudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura veſtra columbæ
Brachia non hederæ, non vincant oſcula conchæ.

Hiſce auditis rabie, incendente vaſaria, fertur, gannit, veſicæ non imperat, nec venter præcepta audit, micturit, Rectæ mentis alienatio.

Auribus atque oculis concepta urina movetur,

catullit, poſcit, appellat, atque emiſſariorum ſtabulo pecudum inſtar laſciviens

Sævit inops animi, totumque incenſa per hortum
Bacchatur.

Donec devorantibus oculis virguncula, cujus lateri hærebat lethalis arundo, arborem tentam, ſummopere deſiderabilem, ſexui ſuo aptam gratamque contemplata, protervâque fronte maritum petens,

ejuſque cervicem amplexu invadens, & non repugnanti oſcula fingens, ſerratoque morſu nunc crus nunc lacertos vexans, manuque improba & blandis, digitos habentibus, dictis innocentiſſimam ſollicitans partem,

Riſit & immunda tractando virilia palma,
His quoque furta placent, conjux, ait, utere donis
Quæ natura dedit: nec ſum tam tetrica, quales
Senſi ignes, damnem.

Gen. III. §. 6. Sic ſacrâ rigidorum feminum fame corpus viro dedit: Hic & facile in libidinem ſolvitur & immitis uvæ tulit cupidinem: adeo ut nulla ejus operâ deceptus fuerit, ſed moleſto *creditori* inſciens & imprudens dedit, quod debuit, non quod ipſi à Deo injunctum erat. Properantes itaque ac perficientes in libidinis nequitiæque commaculatione, eodem ictu & momento mitia poma & uvas maturas *comederunt* fœdifragi,

fragi, utrimque nempe reſolvendo; donec poſt patrationem paſtâ optimo ſanguine voluptate, & improbæ Sirenis æſtu, turgentis caudæ verberibus, ſedato, hæc nigra columba vulnerati pectoris cicatricem ſingultibus crebris quaſſans, ac excavatam deflens naturam, exclamaverit, O facinus indignum!

Ut vidi! ut perii! ut me malus abſtulit error!

Hic, illicitæ libidinis rabie, muliebribus ſopitâ concuſſionibus, defatigatiſque lumbis, pendulam palpitantemque admirans trabem, (ut ſolet poſt certorum itinerum nequitias peractæ Veneris tædere) lamentabili murmure effatur,

At, at! jam, jam dolet! quod egi jam jam pœnitet!

Mentis compos, *Valete curæ, mortalis ego ſic perire cœpi!* ficulneis foliis agonizantem deinde involvit carnem, & innocuam ſordentibus maculis Evam texit. Quæ ſubliga-

cula & ficulna tegmina cum propudioſæ nuditati non ſufficerent, mox Deus pelliceis tunicis veſtivit corpora πρωτοπλαστῶν. Veridico itaque ore dixit c. xxv. Syracides à muliere initium omnis peccati: notantque Patres omnes hæreſes à Sacrilega muliere initia ſumſiſſe, eaſque Satyrio ſuo tinxiſſe & foviſſe, ut inter Gnoſticorum, Templariorum, vaſrorumque impoſtorum & veteratorum Euangeliſtarum ſcelera atro carbone Lib. I. cap. XI. & XIII. *de Proſt. Veter.* dudum notavi. ab arbore iſta ingenitum mortalium nefas,

Mulier fundi noſtri calamitas.

Inde ſeges ſcelerum, radix & ſola malorum.

Ut Primiplaſtæ arborem vitæ neglexerunt, boni malique ſcientiæ truncum arripuêre, indeque omnes nequitias & ſcelera quæſivêre; ita nos cunctique mortales

Ad mala jam pridem non ſumus ulla rudes.

Licet

Licet non bene virgo doceat, tamen per naturam novimus hanc palæſtram, ita ut neceſſe haud habeamus in clinopala à Suburanâ magiſtrâ dogmata petere. Sed ut prima, ita & hæc intelligentia carnis mors eſt, & inimicitia adverſus Deum: innocentiam tollit cæcus amor, pietatem ſepelit, religionem polluit, fidem tentat, famam carpit, honeſtatem diſſipat. Caro concupiſcit adverſus Spiritum, & Spiritus adverſus carnem, adeo ut naturâ omnes homines privatim atque publice proni ad libidinis voluptatem, & à Deo & caſtitate abalienati eſſe videantur: nec enim caſti, nec pudici, nec honeſti nec ſcortatores, nec meretrices, ſed omnia.

Rom. VIII, 6.

Gal. v.

§. VII. Arbor itaque à Summo Legiſlatore primis mortalium interdicta, non fuit proprie frutex aut ramus, neque ejus fructus, arbuta, rubra ſucci vinoſioris poma, vel è reliquo genere pomorum ampliſſima ſi-

Theodor. q. 38. Iſidor. Peluſiota L. I. Ep. 51. arg. c. VIII. §. 5. Cantic.

Geniæ Goropianæ. c. XIX. de *Parad. Indoſchij.* L. V. *p.* 490. Fabellæ inſulſæ. *Arg.* c. XVIII. *Exech.* & *Jer.* XXXI.

ma ficus, ut cum Bar Cepha conjicit Goropius Becanus. (licet ſub ficu vel quercu calentes hæſiſſe potuerint, cujus foliis ſibi perizomata fecerunt) neque malum Perſicum juxta Matthiolum; neque vitis & uva, nec malum Cydonium juxta Ruellium, nec triticum nec nuces aut ceraſa juxta Spigelium, nec mala

Punicaque & pirus, & fructu gratiſſima malus.

Sed maſculus ales, quo gladiator fulget, juvenis cluit, vir eſt, paterfamilias præcluit, cui ſceptro coronam imponens mulier fit una cum viro, ita ut duo in actu unus maneant, dum Veneris glutine arcte adhærentes conglutinantur, ut binos nodo unum fieri dejerare audeas.

Coitu qui conjugioque
Corporis atque animæ conſiſtimus uniter apti.

Et ſic per unum hominem dicitur pecca-

peccatum in mundum veniſſe, ut nemo, cui ſinciput eſt ſincerum, inficias ibit. Moſes juxta diſciplinam Ægyptiorum, ſicut Daniel, eruditus, teſtib. Stephano, Clemente Alex. & Juſtino Martyre, tecte & ænigmatice per amorem ejuſque fructus & guſtum intelligit verenda ſive virilia Adami, & locos Evæ per quos ſexus fœmineus ſobolem ſolet prodere. Ægyptii autem hieroglyphicis ænigmatibus omnia involvebant.

Act. VII, 22. *Clem.* L. V. *Str.* *Juſt. q.* XXV. *Dan. c.* I. §. 4. *Legeſis Kircheri Obiliſc. Pamphil. Theodoret. in Geneſin. q.* 61. *Iren. Hæreſ.* L. II. *c.* 41. *Diogen. Laërt. in Democrito.* Lucan. L. III, 222. *adde* I *Reg.* X, 1. *Prov.* I, 6. *c.* XII, 23. *Eccl.* XII, 11.

Volucres feræque
Sculptaque ſervabant magicas animalia formas.

Quæ omnia ex Pierio Valeriano, Cœlio, Auguſtino, & Hor Apolline Niliaco & Kirchero, penes quem multiplicis ſcientiæ ſtat imperium, naſo rhinocerotis ruminare poterit Initiatus. Ita poma amoris ſymbo- Poma. lum apud Philoſtratum: ita & teſtes poma amoris, brachicaque mala indigitant Anatomici. nec reſpuit

hanc ſignificationem argutus Hiſpanus.

L. VII. Ep. 90. *Cætera laſcivis donavit poma puellis.*

Ita & Priapi luxurioſi Dei terribile membrum apud Prudentium *ramus* dicitur: unde Auſonius in centone *ramum qui veſte latebat*. Et Apulejus *vox rauceſcit, ramus roboraſcit*. hoc enim eſt delectabile illud lignum,

Arbor tenta.

Nobilior pomis, maturâ dulcior uva.

Dulcia cui nequeant ſucco contendere mella:
Quæque bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos.

Sæpiſſime enim pro αἰδοίῳ, libidinis *ſolum, arvum, vomer, ſulcus, arare* Apulejo, pro coire. Martiali uxor dicitur *ager*. *fodere agrum* apud Juvenalem: unde Auſonio *foſſor*, & in Phaleciis, *Qui tot melleolas fodis puellas*. quo ſenſu & *foſſa* apud Satyriographum, quibus ſceleribus fruebantur pœderaſtæ &

L. VII. Ep. ult.

Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricant orbem.

Sicut

Sicut Moſes ἱερογλυφικῶς, arborem hanc providiſſimo calamo poſteritati ſuggerit; ita & veteres ſymbolice fingebant, primos homines ex robore & fraxinis pullulaſſe; pari delicatæ fabellæ involucro, quo mortales ex braſſicis naſci indies infantulis obtrudimus. Ingenioſe de arbore Myrrhâ Adonidem pariente Naſo.

Arbor agit rimas & ſciſſo cortice vivum
Reddit onus.

Multa occurrunt in Sacro Codice myſtica, quæ non niſi à Myſtagogo Judæorum & Ethnicorum erudito extricari poſſunt. Ita vinea Nabothana myſticum ſenſum habet. Sapientiam arborem vocat Salomon, & noſtra arbor peperit mali notitiam & boni notionem, quam recte furem rationis & mentis latronem diceres, nam φρενοκλόπον noſti amorem. Prima autem Geneſeos capita obſcura eſſe teſtantur Auguſtinus, Clem. Alexandrinus pariter ac Ju-

Perpende 2 *Petr.* III, 16. *Deutr.* XXII, 9. *Prov.* III, 18.

Priapus. ſtinus Martyr. Priapi Helleſpontiaci ſeſquipedalis muto, quem ex ficu fabricaverat faber, paſſim arbor dicitur. nec minus eleganter elegantioris ingenii Melos Barclajus, membrum hoc, quod in horto puellarum figitur, & quo viri cognoſcimur à

Flos. muliere, *florem* vocat.

Qui flos in teneris ſecretus fingitur hortis,
Imprægnaſſe Deam, & thalamos læſiſſe pudicos,
Mentula erat, duplici turgens plus cornea bulbo
Lacteus huic caulis, ſed quem pro ſtipite poſſes
Accipere.

Sat. v. In Alcinoi hortis Heſperidum arborem locat Juvenalis, cujus mala in

4. Æneid. nuptias Junonis contulit terra teſte Servio. Argute, nec minus myſtice

Proſerpina. de Proſerpina canit Naſo.

Puniceum curva decerpſerat arbore pomum,
Sumptaque pallenti ſeptem de cortice grana

Preſſe-

Preſſerat ore ſuo.

Intelligit Proſerpinam à Plutone ſubactam dum pomum puniceum fellaret vel degluberet. Heſiodus fingit mortalium primo Epimetheo datam uxorem amabilem palpabilemque Pandoram, quæ recluſo dolio & pyxide privata bonis ſuis circumfertur. proculdubio denotans Epimetheum delibaſſe pudicitiam curioſæ & avidæ uxoris: quo exemplo virginitatis myſterium illuſtrare ſolemus nos homunciones. Pandora.

§. VIII. Quale autem monſtrum fuerit *Dudaïm*, controvertitur inter eruditos, quod cum ſine crimine potius neſcitur, quam cum diſcrimine definitur, ideo doctam ignorantiam vel eruditam inſcitiam amplexus fuiſſem, niſi in quodcunque verbum à Deo profectum, ſedulò inquirendum moneret Amphilochius. Oleaſtri, Targi, Junii, Ravii, Deuſingii atque Heidiggeri avias de pulmone revellere non equidem conſti- *Hiſt. Patr. T. II. Ex. XIX.*

conſtitueram; verum à diſquiſitione hac curioſa lucem fœnerabit arbor noſtra. Medius fidius æque obſcura
C. IV, 6. videtur hujus cognitio ac Jonæ hedera. Fuêre flores equidem amabi-
Dudaim. les, (*Jaſſemyn*) ſed inter quos latebat ſemihomo ſive mandragora. & ſic intellige Chaldæos, Syros, Arabes, Hebræorumque nonnullos, pariter ac Helleniſtas qui mandragoras interpretati ſunt Dudaim. Radici huic ad imum duo (ut ὄρχεις & Cynoſorchis) mala erant annexa, diverſiſque floribus in ſertum compactis ornata, quæ herba cum amorem conciliat, ſi fides Dioſcoridi; Theophraſto ac Epiphanio, ideo eam *Circæa*, & poma amoris, vocat
Gen. XXX, Matthiolus. Ruben cum ejuſmodi
14. ſertum inveniret inter tritici meſſem, matri Leæ dedit, illa ilico Racheli vendidit, ea conditione, ut Jacobum maritum ſuum concederet; perſuadens ſterilem matronam eo aſpectu, vel odore, vel uſu naturam
ſuam

ſuam poſſe mutare & movere. Χρύσεα χαλκείων. Num autem in ſinum po- Ἐπίκεισις. Auctoris.
ſuerit, an frictricis inſtar eo ingenio-
ſas illas partes,

In quibus occulte ſpicula tingit
amor,

adorta fuerit, bene vaſatis dijudican-
dum relinquo. quam autem mulie-
res pronæ ſint ad inceſtos illos amo-
res latius diximus *L.* 11. *cap.* 5. *de Proſt. Veter.* Dudaim autem erat
parvulus Peor apud Ægyptios, ut
apud Romanos Phalli & Faſcini,
quos non adorabant ut Baalpeor,
Priapum & Mutinum; ſed è collo
ſuſpendebant, quandoque nymphas
atque clitorides iis fricabant. quo &
alludit Hoſeas, *deponite de medio u-* C. 11, 4.
berum adulteria. Proculdubio cape-
rata fronte auſteri Catones, qui cu-
mino & ſinapi ac aceto victitant, me
ſacrilegii reum arguerent, quod hæc
adulteriorum probra etiam debue- *Cant.* VII, 13.
rit ſponſæ propinaſſe ſponſus. Ve-
rum enim vero, præterquam quod
myſti-

myſticè ſit intelligendum, nempe Chriſtianorum bona opera Chriſto ſuaviorem conciliare odorem, quam tales gentilium floribus, balſamo, ac mandragoris cinctos faſcinos Diabolo; jure merito cum Doct. D. Polo ſuperciliofis iſtis reſponderem, unam vocem linguæ S. diverſas ſortiri ſignificationes, ſicut hunc in locum notant Anglici Gloſſatores. Sit itaque hæc noſtra ſententia, quam inſerere debui, non ut viros doctos reprehenderem, ſed ut agnito errore ſtudioſi lectores proficerent.

2 Cor. II, 15.

Ad c. XXIV. *Jerem.*

Polyb. L. III.

§. IX. Opinioni noſtræ hornæ ante biduum ſuffragantem fere comperi Cor. Agrippam, quem elogiorum Iliade celebrant *Wierius* ac *Ab. Corput*. Suaviludia ſubtilis mentis ejus paucis in apricum proferam, longaſque ejus ambages in compendium, ſi pote ſit, mittam. Non autem cum Gnoſticis ex *Apoc. c.* XXII. *com.* 2. Arborem vitæ aſſerit locos muliebres, quorum uſu congreſſus Vene-

Cornelius Agrippa.

Venereus celebratur; quia per xii. ſtata tempora lubrica eorum ſemita menſtruis purgetur, & Danaidum Belidumve dolii inſtar pleni ſint rimarum, & hac & illac perfluant; verum *Serpentem* interpretatur ſenſibilem carnis affectum, imo ipſum carnalis concupiſcentiæ *genitale viri membrum.* Nullum itaque alium Dæmonem Evam tentaſſe arbitratur, quam illum, de quo Hiobus, *cujus virtus in lumbis & poteſtas in umbilico*, quem Paulus vocat *ſtimulum carnis & angelum Satanæ. Adamo uxor data ad caſtitatem, & non ad ſobrietatem*, ut interpretatur contra Jovianum Hieronymus. *Sed cum „præter caſtitatē uſus ea fuiſſet, con- „cepit ſcientiam ſe polluendi, unde „indignatus eſt omnipotens, & pœni- „tuit ſe feciſſe hominem. pœnituit Deum*, ait ſcite & ingenioſe Doctor, *„quia virgini defloratæ priſtinam vir- „ginitatem reſtituere nequit. Ob hanc „itaque carnis pudendam libidinem ejectus*

Serpens penis.

c. xl.

2 Cor. xii.

Rom. xii.

Virginitas delibata.

2 *Tim.* 11, 5. „*ejectus eſt homo è Paradyſo Dei*,
„*quia caro & ſanguis regnum Dei*
„*poſſidere haud poſſunt. coitus præ-*
„*mium mors. Omnes & hinc qui ex*
„*carne geniti ſunt generant origina-*
„*lem culpam.*

Verbum non amplius addam.

Hæc laudati & jam præ cœteris hic laudandi Cornelii Agrippæ, prodigioſi ingenii hominis in noſtrū problema ἐπίκρισις. *Paradoxa.* Videamus num ab hæreticis, tanquam injuſtis poſſeſſoribus, bona quædam in uſum noſtrū vindicare poſſimus. plauſibiliores & palmarias recenſebimus nænias, ut aliquid muniminis & præſidii ſortiatur ratiocinium. Omiſſis itaque otioſis fabellarum ſarcinatoribus deliriſque in vago Thalmude nugonibus, Cathari, Manichæi ac Priſcillianiſtæ vetiti fructus ſanctionem fuiſſe trutinant, *ne Adam dedolaret Evam*, teſte Egberto. *Bibl. Patr. T. IV. p. 2.* Verum cum hi legitimas nuptias tanquam fornicationem fugiant, eò quod fornicati

ſint

ſint mortalium primi, jure ſummo eos refutat Moſes Bar-Cepha. & nos fucatæ aſceticæ impurorum Catharorum vitæ infandas pollutiones in Libro ſupra bis terve citato. Aben Eſra cognitionem boni & mali nuptiale opus denotare rimabundus probe docet. hinc *cognoſcere* dicitur hoc opus, *& puer ſtatim atque boni & mali notitiam adeptus eſt, hac cupidine tentari incipit*, ait recutitus verpa. *Non olido hirco*, ut Petavio maſturbato & exhauſto atque ficoſo Jeſuitæ videtur, ſed bene vaſato ac peculiato caballo digna mehercule ſententia. Soterinus Saturninus apud Gr. Abul-Pharajium à Celebr. Pocockio verſum, membra generationi inſervientia tam in viris quam fœminis à Diabolo eſſe facta, ideoque turpe ab hominibus ea retegere, hariolabundus ſuccenturiatur. Et apud eundem Baſilides aſſeverabat honorandum eſſe ſerpentem & magni eſſe faciendum, eò quod Evæ

De Parad. c. 19.

Proſt. Vet. L. I. c. XI.

Paſſim in B. S.

Hiſt. Dynaſt. VII. p. 76.

Næniæ.

E conſi-

conſilium dederit, ut cum marito congrederetur, cum alias non procreaſſent homines. Si Diabolo & Adamo & Evæ gratiæ eſſent referendæ ob lepidi hujus oneris cognitionem, pariter ac dulcedinem atque neceſſitatem: utique & Judæ

Ἀπροσδιόνυσα. Iſcarioti, cum Don Quevedo, eſſet habendus honos, quod ſoſpitatorem noſtrum tam ſceleſte prodiderit: merum itaque hoc *ἀδύνατον* in morboneam ablegemus, atque in *ἀπωκρίσω* pergamus.

Gr. Nyſſ. L. VIII. c. 3. Chryſoſt. Hom. XVIII. Damaſc. de fide Orth. L. IV. c. 25. Propius accedunt S. Patres, ſtatuentes in ſtatu innocentiæ ſi permanſiſſent primi manu divinâ formati, non per fœtidam generationem, verum abſque ſpurcâ conglutinatione, Angelorum inſtar, multiplices futuros inculpatos vitæ ſceleriſque hoſce puros. Quibus ſuffragatur Bar-Cepha, qui, juxta

In Joſuam. Andreæ Maſii JCti Religioſiſſimi calculum, vixit Anno 914. Hos pipulo differt Auguſtinus, concedit

L. XIV. c. 22. de C. D. tamen ſalva virginitate tum omnes pro-

procreaturos & parituras. Rem propius acu tangunt inter Orthodoxos Divinorum oraculorum Conſulti, exiſtimantes Evam per ſerpentem ſolam, Adamum ſolo conjugis amore lapſum, juxta decantatiſſimum Divini eloquii effatum. *Non enim* *Adam eſt ſeductus, ſed mulier ſeducta, quæ transgreſſionis cauſa fuit.* Ita tamen, ut ſolo erga conjugem illicem affectu in gyrum raptus, noxæ ſocius, illecebris voluptatis delinitus, non minus turpiter erraverit ac ipſa conjux.

I *Tim.* II, 14. *Lege ſodes ſubtiliſſ.* Henric. *Morum* *L.* III. *c.* I.

Prudent. cont. Sym. L. II.

---- Fit reus ipſe ſuapte
Ingenitum, placitumque nefas, &
facta rependit
Impia ſuppliciis, merito, non ſorte
peremtus.

Prædeſtinatio.

§. x. Fuit ante jacta totius univerſi fundamenta Decretum Dei. Benedictis enim regnum erat paratum per teſtamentum & fœdus gratiæ, quod miſericors D. Pater cum Deo Filio pepigit, quo peccatores

Eph. I, 4. *& c.* III, II. *Matt.* XXV, 34. *Gal.* III, 17. *Rom.* IX, 16.

Eccl. VII, 29. (quibus αὐτεξέσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν fuerat relictum, quique puri & integri equidem, verum labiles ruunt ſua ſponte in vetitum pacidumque illud nefas: unde Prudentiſſimus toga ſagoque inclytus Prudentius Clemens. Hamart.

Vivum ſimul ac moribundum,
Hominem Pater effigiaſti.)

Rom. VIII, 17. per mortem & ſanguinem Chriſti, heredes ſalutis & fœderis gloriæ participes pronunciavit; ut in initio de Sacro-Sanctarum perſonarum pactis conventis monuimus. Προεγνωσμένος. *Chriſtus* enim præcognitus fuit ante jacta mundi fundamenta, & quidem ut 1 Petr. 1, 19. agnus, cujus ſanguis fundendus erat pro protoplaſtarum transgreſſionibus. Jeſ. XIV, 24. XLVI, 10. Quæ cum ſint altioris indaginis doctioribus Divinorum oraculorum explanatoribus ſacrorumque Myſtis relinquo; admonitus ſcilicet Tegito Prudent. Apoth. v. 837. periculoſum eſſe ardua per tranſennam movere. Nec in animum duxi Clem. Strom. L. I. Plagiariorum more, ex neotericis,

θεολο-

θεολογουμένων ſchedis multa mutuati- Conſuleſis Clem. A-
tiis verbis compilare, dum Gomari lex. L. v.
ſimiliumque Heroum pari judicio Strom. & protr. Ma-
& eruditione conſpicuorum pervol- nil. L. IV.
vendis crebro effatis, cuique notis,
nunc huic Rei, Arminio *horrendæ*,
colophonem imponere cogor, ne
poſt Homerum Iliada, poſt Voſſium
Ariſtarchum, poſtque Grotium de
Jure Belli ac Pacis ciconiam molirer.
Ita tamen, ut fateare neceſſe ſit generis humani parentem, non fato aut
Stoica neceſſitate, ſed *ineluctabili* Jeſ. XIV, 24.
præcognito & determinato Dei decreto, per gannitricem Evam victum
& tentiginis æſtro pollutum, hunc
ignem nobis, in utero urticâ inquinatis, & ſatyrione ab infantiâ percitis, naturalem & ingenitum reliquiſſe. *Hæc eſt peccati juſtiſſima* Auguſtin. L. III. c.
pœna, ut amittat unusquisque quo 18. de libr.
bene uti noluit, cum ſine ulla difficul- arb.
tate poſſet, ſi vellet. Sicut non viſum Rom. I, 2.
eſt eis Deum in notitia detinere, ita Eph. II, 2.
eos tradidit Deus in mentem repro- Tit. III, 3. I Petr. IV, 3.
 bam,

bam, ut facerent quæ minime conveniebant, oppletos omni injuſtitia, ſcortatione, improbitate & avaritia, quos videt periiſſe, perditos ducit. Juſtus itaque fuit, eſt, eritque Dominus Deus in ſermone ſuo, mundus & in judicio ſuo, quia mortalium viæ rectæ non ſunt.

Pſ. 51, 6. *Ezech.* XVIII, 25. *Senec. Herc. Fur.*

---- *Perdere eſt dignus bona*
Qui neſcit uti. ----

Peccatum Originale. *Jac.* 1, 14.

§. XI. Homo itaque à propria cupiditate ineſcatus prægnans factus concepit & peperit peccatum, quod conſummatum genuit mortem. Hæret lateri hæc lethalis arundo, quam Dæmon infixit: Nullo ædepol dictamno ſanabile hoc vulnus, utpote nodoſum medullas funditus incruſtans: Quin & univerſale nunc cernitur generis humani, omni nequitiarum genere & arte invicem ferruminati, & à Deo ſcortantis ac declinantis adulterium furioſa æmulatione, atque inevitabili faſcino dementatum. Totus mundus cubat in hoc malo,

Act. XVII, 26.

malo, quia ex uno ſanguine (quicquid harioletur Pelagius) omne genus hominum concretum eſt. Decepta eſt Eva, & ab ea ſeductus Adam; adeo ut per unum hominem peccatum introierit in mundum, & per peccatum mors ineluctabilis; & ita in omnes tranſierit mors, in quo omnes peccarunt.

Macar. Hom. 11, & XXIV. Baron. ad An. 412.

Rom. V, 12. 1 Cor. XV, 22.

Ille dies lethi primus, malusque
malorum
Cauſa fuit.

Adam itaque corruptus corruptam gignit prolem, non ad imaginem Dei, quam decoxerat, ſed ſuam. *Ut enim meliores gigneret, quam ipſe eſſet, non erat æquitatis, ait Auguſtinus.* Quis daret mundum de immundo! Quod genitum eſt ex carne, caro eſt. Quales omnes qui ex ſanguine & ex libidine carnis, & ex libidine viri, & nondum ex Deo geniti ſunt. Prius pareret locuſta Lucam bovem, quam puerpera prolem caſtam. Rationem facile percipiet

Gen. V, 3.

Job. XIV, 4. Joh. III, Ioh. I, 13.

zelotypus curruca. Inter novem prægnationis menſes collatinus venter nunquam dicit ſatis, ſed navis plena plures mente admittit vectores. tum gravida uteri rabie perdite agitatur, & mundi illecebris infeſtatur, quid poterit itaque nutrire niſi carnem, ac eâdem concupiſcentiæ urigine percitam producere. Non ægre feret vir doctus, ſi Sagaciſſimi Patriæ meæ quondam aſſeſſoris, Statui Publico devoti, verba in ſuffragium vindicaverim: res contentæ volante calamo doceri, ſe ornari negant, adeoque perpende lepidæ lexeos aculeum *van vuyren hout, en konnen geen eycken ſpaenderen komen.* Argute & ad Soſtratam Chremes.

Banketw. P. 1. p. 7. §. 22. Brunxi. Ter. Heaut. V, 3.

Quod eſt conſimilis moribus
Facile convinces ex te natum: nam tui ſimilis eſt probe:
Nam illi nihil vitii eſt relictum, quin ſit & idem tibi:
Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.

Jurent

Jurent conceptis verbis Verinus & Lucretia, Nicetæ & Veſtales quicquid poſſint ſe caſtos mente & corpore, non credam ego. Cum vera Dei progenies, ſoboleſque ſincera non potuerit ſe caſtam ſervare, qui miſelli nos homunciones, ſtimulo carnis concepti, & nodoſo aculeo piſti, poſſimus tot Scyllas atque Carybdes effugere. Concupiſcentia carnis, & libido oculorum & faſtus vitæ,

Quæ tria pro Trino Numine mundus habet,

non ex Deo, ſed ex Diabolo eſt. Ut omne peccatum ex Dæmone, ita præcipue libido hæc: Septem Dæmonia Mariam Magdalenam invaſerant: Paulus inceſtuoſum Satanæ tradidit.. Ita per pudenda Pythiæ apud Chryſoſtomum, & ex virginali cujuſdam puellę, apud Rhodiginum, clauſtro vaticinatũ conſtat Cotyttũ. Qua de re viduas gannientes ceventeſque Dæmone obſeſſas dicimus.

Marc. ult. 19. 2 Cor. v, 5. Lege Val. Max. L. IX. c. 12. Plin. L. VII, 53. Magiri Diſque Mag. L. III, q. 7.

1 Tim. v, 6. *vivæ mortuæ* ſunt, ait Apoſtolus: quæ in mollitiis deliciiſque ætatulam agunt, ſibi ipſi poſthumæ ſunt, quia corpus in ſagina, mens Diabolo devota. Nec enim vivere, ſed valere vita eſt, bis perit Meſſalinæ neptis, quia vita in voluptate perpetua mors eſt. Luxurioſi itaque ſoli digni dicuntur, ut bis morte pereant

---- *cænent licet oſtrea centum.*

Quodnam igitur fuerit primum peccatum, quod lethum peperit, & noſtrum infirmitatis ingenitæ vitium, malumque noſtrum domeſticum facile quivis, cui datum eſt habere naſum, ſentire & ſubolere poterit. Docte de propagine ac traduce peccati Auguſtinus teſtatur, *Eo nihil eſſe ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum ſecretius.* Agedum videamus

Quid valeant humeri, quid ferre recuſent.

Non unum hominum mentes agitat pytiſma, dantur Maſturbatores, Fri-

Frictrices, Fellatores & Fellatrices, Stercorivori, Cunnilingui utramque ſcenam ac ſchema faciunt Pœderaſtæ, Drauci, cinœdi, pathici ac pathicæ & meritorii hyſtriculi ſive puſiones, maſculæque Lesbiatrices, Sarritores pariter ac Quadrupedum inſultatores ac ſuccubitrices, nec non menſtruorum ſorbillatores. Sodomitæ. Stoepſchijters.

Auſi omnes immane nefas, auſoque potiri.

Paſſim & noti ſunt barbati mœchocinædi, evirati ſpatalocinædi, embaſicætæ, pullipremones, aliique ceventes Romuli nepotes, qui piſcinam aquaſve irrumarunt, terram matrem foderunt. adde ſellaria & ſpynthrias, omnemque Lacedæmoniæ, Sybariticæ, Jonicæ & Syracuſanæ libidinis artem, quæ cuncta percenſere numerando, aut ſcribendo detegere nec ego nec ullus poſſem. Ἔρως.

Promptius expediam, quot amaverit Hyppio mœchos.

Omnia concupiſcunt vendunt & emunt,

κατὰ πόδα totus liber II. de Proſt. Vet.

emunt. Proh pudor! quanto magis exoletus omnia pati non recuſat! Nil tam impium, nil tam nefandum quod animo non conciperent, & conceptum non exequerentur.

Omnia fanda infanda, malo per-
miſta furore.

Nullum tantum ſcelus eſt, nullum tam magnum facinus, nec ullæ adeo in illud ſtrictæ ac diræ leges ac ſanctiones, ad quod ſuſcipiendum perpetrandumve voluptatis libido eos non impellat.

Periere mores, jus, decus, pietas,
fides,
Et qui redire neſcit, cum periit
pudor.

Unde factum ut D. Patres & Cardineæ Eminentiæ Flaminum doctiſſimi ἀποτόμως intrepide affirmaverint, Primam Protoplaſtarum transgreſſionem, nihil aliud fuiſſe, quam quod Eva averſo ordine quadrupa inclinata culum anguſtum (quem ficoſus ille hyſtrix Caſa**Fornellino* indigi-

** Satyræ Berniæ capitolo Sopra il Forno.*

digitat) inepte præbuiſſet Adamo, & ipſe ſaucius heſternæ cœnæ occurrerit: quod nec ἀδιώνατον vel ἀντίῤῥητον nec à veroſimili adeo abludens, utroque pollice favere haud veriti ſunt Cordatiores interpretes: Nimirum cum & multas ejus neptes etiamnum occupaverit intempeſtivus hic furor, quæ nunc pronâ nunc ſupinâ delectantur agitatione & amoris pudibundi maleſuadis obſequuntur votis. Quiſnam hominum, quem tu contentum videris uno flagitio! redit in faciem ſcelerumque immane reſumit ingenium, neque ullum finitur vitium ibi, ubi oritur. Proh ſeculum! proh pudor! Adam! Adam *Quid diceret ergo?*

Vel quo non fugeret, ſi nunc hæc
monſtra videret!

verum cum nec γρὺ nec μὺ hujus lubricæ ſchemæ occurrat in textu, ideo hanc opinionem ex conjecturis calculo meo approbare vix auſus fui, gnarus D. Petri effatum. ἄγραφον.

ὅτι

ὅτι πᾶσα γραφὴ, ἰδίας ἐπιλύσεως ἐ γίνεται. Noſtram ſententiam Dei eloquiis magis congruam conſcientia & lux cordis docuit. & in proprio vaſe quiſque nullum adeo vehemens & frequens ubicunque ſentiet reperietque, vitium. Sed quid multis? *Veritas verborum adminicula non deſiderat.*

§. XII. Divus Vates *En*, inquit, Pſal. LI, 7. Job. XV. *in iniquitate formatus ſum, & in peccato fovit me mater mea.* David ſincero corde fornicationis & adulterii ſui pœnitentiam agens, aſcendit ad primam Gen. VI, v. *pravæ cupiditatis* originem. Teſtatur ſe non peccatum eſſe, ſed in peccato conceptum & fotum, adeoque ipſum coëundi pruritum, & effuſi ſeminis titillationem, in patrantibus parentibus, dicit eſſe peccatum. Auguſtinus *maſſam perditionis*, & Ambroſius *inquinamenta naturæ & partus contagia* dixêre. Quod genitum eſt ex Job. III, 6. carne caro eſt. Adeoque omnes ſumus

mius antiquæ impietatis labe (quam Prudentius *ingenitum* & *placitum* dixit *nefas*, ut ſagaci ſtylo reſtituit Nob. Nic. Heinſius, cui ob immenſam affabilitatem & humanitatem totus quantus nexu & mancipio devotus ſum) & antiqui ſerpentis plagâ polluti, omnes, inquam, Excepto Chriſto, Sancto Sanctorum, qui non novit peccatum. Fuit enim Soſpitator conceptus ex virgine & & Spiritu Sancto, ſine ullo pruritu fotus atque geſtus. qui itaque non eſt genitus ἐκ θελήματος τοῦ ἀνδρὸς, non potuit à matre inquinatus eſſe θεάνθρωπος. hinc Auguſtinus *Præter hoc vinculum concupiſcentiæ* (ſcil. coëundi) *natus eſt Chriſtus ſine maſculo, ex virgine concipiente per Spiritum S. Non poteſt iſte dici, in iniquitate conceptus: non poteſt dici in peccatis mater ejus in utero eum aluit, cui dictum eſt, Spiritus S. veniet in te, & virtus altiſſimi obumbravit te.* Peccatum originale, quo

Heb. v, 15. & vii, 26. 2 *Cor.* v. 21. *Luc.* 1, 35. Chriſtus.

De Nupt. L. 1. c. 12.

Tim. 1, 15.

quo mens & conſcientia noſtra polluta eſt, Hebræis dicitur *Jezer*, hoc eſt, figmentum malum & fermentum, quod eſt in maſſa innata illa concupiſcentia & ingenita coëundi corruptela: Si quis itaque hac titillatione percitus ſit, *ducat uxorem* perhibent in cathedra Moſis Rabbini. Qui ſi ducat & generet iterum ex carne carnalem producit, dum maſſa illa in utero modo eadem labe inquinatur: unde Sanguinolentus infans, poſtquam ejus membro genitali (quali ipſe generatus, & cujus ſiphonibus ipſe ſuo tempore pulchra prole Rempublicam beabit) inflicta eſt fœderis plaga, regeneratus & aſcitus demum cenſetur. quo alludit Deus ubi Hieroſolymam virgini comparans, dicit: cum adhuc menſtruo ſanguine te pollutam & à matre rubentem, id eſt, originali peccato inquinatam, viderem, te ſuſtuli. Carnis adverſus Spiritum laſcivientis petulantiam

Jezer.

Ezech. XVI.

Peccatum.

peccati

peccati nomine expreſsè infamat Apoſtolus. Concupiſcentia eſt voluntas improba, qua anima appetit fornicari in creatura. Per unum hominem *peccatum* in mundum intravit & concupiſcentia carnis non ex patre ſed ex mundo eſt. Adeoque peccatum καθ' ἐξοχὴν eſt coëundi pruritus ejuſque perfectio. Ita nihil tralatitius apud auctores Græcos & Latinos, claſſicos ac proletarios, veteres & recentiores, ita ut poſterioris ævi dicta, etiamnum in ſublimi tribunali non reſpuant Declamatores.

Rom. VII, 17. 1 Joh. 11, 6.

Non ego ne pecces, quum ſis formoſa recuſo.
Cui peccare licet, peccat minus.

Ovid. L. III, 13. L. III. El. 4. L. II. El. 5. Propert. L. II, 30. Mart. L. I, 35. Petron. c. 97.

Et apud puriſſimæ latinitatis impuriſſimnm auctorem: *Jupiter peccaturus in terris:* id eſt adulteraturus & ſcortaturus. & Polyænus ad Circen. *Fateor me domina ſæpe peccaſſe. illud unum memento, non me, ſed inſtrumenta peccaſſe.* Satyriographus

phus in celeberrima Satyra de tenuiore ſexu

Sat. VI, 134. *minimumque libidine peccant.*

Jure merito apud Porphyrium Ægyptii, nec non Euripides ac Homerus, (Venter.) ventrem omnium malorum cladem & fontem dixere, utpote qui primus peccavit. Figmentum hominis ab ineunte ætate fuiſſe malum dixit Moſes. Omnia ſcelera, flagitia, quæ faciunt homines in duabus rebus conſiſtere dixit Agellius (L. VII. c. XI.) *malitia atque nequitia.* nequitia autem plerumque pro ſtuprandi petulantiâ ſumitur apud Peccandi & nequitiarum Ephorum. (Ovid. L. III. 4, 10. & L. I. Faſtor. Mart. L. IX, 69.) Voluptas itidem καθ' ἐξοχὴν pro concupiſcentia carnis, oculorum libidine & ipſo coëundi actu. (Geneſ. XVIII, 12.) Græcis ἡδονὴ, quam vocem nonnulli deducunt ab hoc horto Edenis: unde Doctiſſ. (Hiſt. Patr. Ex. IV. S. 79.) πολυμαθέστατος καὶ κριτικώτατος Joh. Heidigherus. *Nec vanitatis arguerem* (nempe Goropium Becanum) *qui ex Eden exiſtimat deſcendiſſe Græ-*

corum

corum ἡδονὴ *voluptas & Poëtarum Adonidem Priapi patrem.* Quem L.1,c.12. *Adonoſirim* & *Thamutz* dictum demonſtravimus. Huc refer illud Venuſini. Proſt.Veter. L. 1. *Epiſt.* 17.

Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas.

Ut caro pro pudendis, ejuſque opera carnea, ita & membra, terreſtria, eorumque opera, terreſtria dicuntur. *Mortificate membra veſtra terreſtria:* ſcortationem ſcilicet & immunditiem ac libidinem, ut parcos Deorum cultores & infrequentes haud latet. Col. III. 5.

§. XIII. Regeratur forſan, in infante luculentiori indicio deprehendi, iræ, rancoris, faſtidii, impatientiæque ſcintillas. occuparunt puellum multa ſcelera, quorum catalogum texit Apoſtolus, ita ut nec quicquam vile ſit in eo, niſi mali mores. Sed ubinam inter boni & mali nomen decernere valeat, prius libidinis fomites deprehendet, & Rom. III. 10.

 oſcula

oſcula figet, quam unguibus ſecabit. Omnium hominum ingenium ab infantia proclive eſt ad libidinem.

Infans. In ſegmentatis cunis ſe Virum eſſe teſtatur infantulus. parvulo flenti gaudium creabit cunatum motor, agili digito ſi ejus pudenda tetigerit. Italæ pupas ejulantes non alio modo ad quietam redigunt mentem, quam ſi minimi digiti extremâ parte, inferorum labiorum crepidinem fricuerint. Jam ſentiet opponens, humanum peccatum, ad quod naturâ faciles ſumus, qui dux & comes deeſſe non poteſt, nam & ipſa etiam res ſine duce, ſine comite procedit. non pronum tantum eſt iter ad hæc vitia, ſed præceps: Pulchra puella cito adamatur, & fœda facile concupiſcit. Nemini pudor eſt, omnes ultro rogant, dant atque porrigunt. errantem per totam vitam peccata hæc delectant. Multarum luxurioſam & exercitam juventutem tentigo in ipſo cadurco ſopivit modo.

De maſturbatoribus L. II. *c.* 3. *Proſt. Veter.*

Ante-

Antequam ejus eſſent ætatis, ut muliebris patientiæ legem accipere poſſent, catullire ſolent crudæ pupæ, & devirginari anhelant flagitantque virgunculæ. Cum ſubacta cervice jugum necdum ferre valeant, nec arietantis impetum ſuſtinere poſſint acerbæ virgines, tenero digito immitis uvæ tollunt cupidinem. Ante annos ad patiendum geſtientes devirginabatur Pannychis apud Arbitrum. *Sine dubio non repugnaverat puer, ac ne puella quidem expaverat nuptiarum nomen.* & Quartilla Priapi tandem victima, *Junonem meam iratam habeam, ſi unquam me virginem fuiſſe meminerim: infans enim cum paribus inquinata ſum, & ſubinde majoribus me applicui.* & Cunæus noſter. *Puella quædam in ſervi complexibus, ignarâ matre, volvebatur, ne prima nocte virum timeret.* Experta carnalem lanceam vulnus haud cruentum infligere, vitulum deinde tulit, quæ taurum ſuſtulerat.

Lege Horat. L. III. Od. 6.

De Frictricibus L. II. c. 5. de Proſtib. Veter.

 Cui

Cui necdum teretres ſtratant in pectore mammæ
Nec tena anguſtum lana foramen habet,
Illius humorem nec menſtrua Luna fatigat,
Nunc fricet anguſtum pene furente ſpecum.

Prætextatus datur adulter, & ſubrumi hodie vix adeo pueritiâ & inexhauſtâ ſunt inſignes pubertate, ut quondam Germana pubes, nec adeo innocentes ut inter vaginam & ejus ſyphones viſcerumque cubos diſtinguere haud poſſent. Puſiones ἑλκυστικόντα hæc amatoriis cum canticis à teneris imbibunt, & cum papa atque bua, antequam τὸ Ta ta Ma ma fari valeant, nequitiarum πολυθρύλλητα comedunt, modulantur, fringultiuntque. Quin & pueros decennes impregnaſſe mulieres literarum monumenta docent. Nec puellæ adeo ſimplices ut Jove quondam necdum barbato, cum inter

Rhodig. L. XIV, 10.

ter

ter halecem & mutonem nullam differentiam cognoſcerent. Multæ ſimplices ſunt ut columbæ, omnes vero aſtutæ ut perdices; dum ante alpha & beta ſuopte ingenio ſcire deſiderant clinopalæ arcana omnemque libidinum artem ab Annibale Caraccio, Raphaele Urbino, Titiano, Romanoque Batavo delineatam adhamant. Quo pacto familiam *duo* augeri poſſent *tertio*, per ſilentii θρύλλον & occultum murmur inquirunt, adeo ut prima conjugii nocte ſciant, quo trahantur, neque facturas ſe ultra, dum ſe poſſe puerili verbere moneri clamitent mutoni dementi ſupplices. Multi equidem à natura in furta, homicidia, avaritiam proniores videntur, quam in adulteria aut fornicationes. *Mores animi ſequuntur temperamentum corporis*. Ita tamen ut nec à Venere plane abhorreant. In dulcedinem vertere ſe amaritudo non poteſt, aut ariditas in humorem: calor ignis

in frigora; aut quod rei cuicunque contrarium eſt, in ſuam ſumere at-
Apul. 1. que immutare naturam. Nihilominus hi mutari vel educatione, vel emendari pœnâ poterunt. Qui autem libidine, hâc nodoſa, peccatorum principe & duce infeſtantur, nec honeſtatis retinaculis nec ſupplicii minis corrigentur. utpote medullis & ſanguine prava concupiſcentia circumſcriptis, & libidine evigoratis. *Hæc res in ſe neque conſilium neque modum habet ullum, eam conſilio regere non potes.* hinc Chærea: *Hanc tu mihi vel vi vel clam vel precario fac tradas, mea nihil refert dum potiar modo.*

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

Quod ſi hac urticâ & erucâ tincta, ſit natura, incipiatque ſe movere furcâ licet eradicetur, tamen eouſque recurret, etſi cum Origene teſtes vel caudam ferro demeteres Properanti.

De Eunuchorum propudioſa Libidine L. II. *cap.* V, §. 3. *de Proſtib. Veter.*

--- *pro-*

---- prolem fata ſequuntur
Continuum ſimili ſervantia lege tenorem.

Facilius reperies albos corvos volanteſque teſtudines, quam mente caſtas: adeoque tam exangues vetulas & torridos ſenes quam crudas puellas, ſucciplenas virgines, matronas muſteas juveneſque fervidos vexet perpruriſcens hæc libido. In ὀφ{λομένῃ ἐννοίᾳ ſi parentes magis ebrietate quam libidine, odio quam amore, rapinâ quam blanditiis, ambitione quam voluptate dulciori flagrent æſtuentque, proculdubio & ad ea vitia magis inclinabit proles, quam ad libidinem carnalem; *Gen.* xxx. 37.

Qui viget in foliis, venit à radicibus humor, *Mantuan.*
Sic patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

Ita tamen, ut non deſtituetur natus puer eo vitio, quod fuit primum omnium & cuique reatum inducit. Unde fit ut infans modo natus reus

eſt delicti, nondum capax præcepti
Gen. VIII, 21. nec potentiæ. quia figmentum ejus
à pueritia eſt malum, quod tanquam
ſummum bonum, actu Epicurei,
Auguſt. de C. D. XIV, 5. animi cogitatione Stoici ſemper
exercuêre. Ecce omnes accenden-
tes ignem & circumcingentes favil-
Eſ. I, II. lis, ambulant in luce ignis, & in mal-
leolis, quos ſuccenderunt. Adeo ut
nil verius ſit, quam per unum ho-
minem hanc libidinem in mundum
intraſſe, & per eam mortem. *Sic in
omnes homines mors tranſivit, quia
omnes peccarunt.* ut docte vertit
L. de Dieu. Nam omnes animo &
corpore ſcortati ſumus, etiam in le-
gitimi matrimonii actu. Niſi Adæ
primum peccatum fuiſſet coitus u-
ſurpatio, qua & nos abutimur, qui
nobis imputari poſſet ejus ſimplex
eſus pomi. dum nos poma & fructus
quoſvis licite cum gratiarum actio-
ne edimus, coitu non fruimur, niſi
Rom. v, 18. peccati prioris reatus Rei. Apoſto-
lus autem ubique unius tranſgreſ-
ſionis

ſionis Adami, quæ nobis imputatur, meminit; adeo ut cœterarum ejus imbecillitatum & infirmitatum quidem participes ſimus ærumnoſi homunculi, non tamen rei.

§. XIV. Hiſce ita computatis, demonſtratis ac luce meridiana clarius deductis, fructus & arborem conſtitiſſe in voluptate ſive concubitu, ſequentes etiamnum evincunt *Τεκμήρια.*
ſuffragantes rationes. ἵνα γὰρ δέος ἔνθα *Adde Menandri ceſſat. apud Stobæum Tom. IV. Tit. 4. Gen. III, 7.*
καὶ αἰδώς. ubi pavor, ibi pudor. Tranſgreſſores non totum corpus, nec faciem aſsâ ſquillâ rubicundiorem pudibundi texêre togâ aut pallâ; ſed conſciæ mentis pavore, pœnâ præſente, ſuffuſi, perizomatis & ſuc- *Iſidor. Orig. L. XIX. c. 22.*
cinctoriis, ex foliis (non equidem acu & filo conſutis, ſed frondibus conſertis) fici, quorum magnitudinem ex Theophraſto nobis ſuppetit Becanus, ſubter quæ proculdubio turpiter illa virum cognoverat, ſola *Indoſcb. L. V. p. 486.*
genitalia, quæ peccaverant, obnebularunt. Nec Eva ramum ſuper oculos

oculos poſuit, ut quaſi pariete interpoſito, audacior facta rem aggrederetur de novo; ſed per digitorum cancellos exſtinctum caput videns,

Læva manu lachrymas mutoni abſtergit amica.

Gen. III, 25. Aug. de C. D. L. XXII. c. 17.

Adam & Eva erant *nudi & erubeſcebant*, ait textus. ingenuus hic pudor naſcitur ex ſola hac voluptatis turpitudine, qui pudor & voluptas primum nos poſt peccatum invaſit.

Odyſſ. VI.

Simile legitur de Ulyſſe apud Homerum. Poſtea demum ipſe Deus iis tunicas pelliceas & ſcortea ſuccinctoria (*antiquiſſima veſtis* Propertio, Ovidio, Juvenali, Lucretio, nec non Polluci ac Æliano)

Arg. c. VIII. §. 8. Levit.

eorum animalium, quæ ex victimis mactatis ac oblatis Adamo ceſſerant, fecit eoſque veſtivit. Unde & illa pars, quæ contra mandatum porrexit ac arrexit, poſtquam rubore

Iſid. Orig. XI, 1. Exod. XX, 26. XXVIII, 42. Levit.

ſuffuſos anteactæ patrationis pœniteret, *pudendum* dicitur; quia abſque pudore ne adſpici quidem poteſt.

poteſt. quæ membra *turpitudo* & *nuditas* dicuntur; * *turpia & vilia membra* Senecæ. *Inhoneſta* Iſidoro. quod ſine verecundia nudari nequeant. hinc ſemper velari indumento natura docuit haſce xviii, 6. xx. §. 17. 1 *Sam.* xx, 30. *Hoſeæ* ii, 9. *Nah.* iii. 5. *Hab.* ii, 15. * vii, 2. *benef.*

Naturæ partes veſte quas tegit pudor: *Phædrus.*

quapropter Chamus irreverenter verenda patris Noachi (quem Saturnum vocat Maro, & hiſtoriam refert Juſtinus) denudans, maledictus legitur. Semper honor & pudor huic venerabili pudendo habiti: poſt fata ſua Jul. Cæſar, Lucretia, Polyxena curam habuere, ut honeſtius caderent. Quicunque etiamnum barbari nudi, ſubligaculo tegunt pudenda. Petrus nudus dicitur piſcaturæ incubuiſſe, ita tamen ut licio ſive cinticulo verenda involverit: Rerum furtivarum inquiſitores nudi cum lance. & licio celata inveſtigabant, qui proculdubio ſuccincti alutâ, domum honc- *Gen.* ix. 22. *Juſt.* *L.* xiv. *Flor.* *L.* iv. *Plin.* L. iv. *Ep.* *Euripid.* *Hec.* *Plutarch.* *de clar. mulier.* *c.* xv. *Ioh.* xxi, 7.

Levit. XVIII, 6. honeſtam intrare alias auſi nunquam c. XX, 11. fuere. Revelare nuditatem pro actu Ezech. XXII, 10. venereo, adulterio, & ſcortatione. Deutr. XXIV, 1. alicujus nuditatem videre, eſt co- Levit. XX, 17. & 19. gnoſcere. carnem ſuam nudare pro Deutr. inceſtum committere, frequens in XXIII. ſacro Codice lectio. Denique ſeve- §. 14. rè animadvertit Statutum in mulie- Deutr. rem procacem & audacem, adverſa- XXV. §. 11. rii cum marito ſuo rixantis verenda contorquentem: tum ob fatale periculum delicato membro facile imminens, tumque ob bracharum ignotum uſum, nec non tacitam reverentiam, quam pudibundæ matronæ ob peccati, à ſe moti, reatum ei debent: unde & *reverenda* dicuntur Arnobio.

Fatum eſt in partibus illis
Quas ſinus abſcondit.

§. XV. Recte etiam notant Hebræi pœnas tranſgreſſoribus inflictas Talio. reſpondere huic voluptati. Adam Matt. VII, 16. voluit ex ſpinis uvam colligere, & Eva ex tribulis ficum. proh pudor! Dulcis

Dulcis amarities amor eſt, voluptas peritura triſti ſemper dolore miſta. libidinis comes mœror. Morbi voluptatum uſuræ ſunt. Dicit autem Deus: augendo augebo ærumnas tuas & conceptus partuſque tuos, & anguſtiam à conceptu uſque ad partum multiplicabo, faſtidio cibi, deliquiis, laſſitudine ac doloribus. Abel cum vanitatem denotet, dicitur tamen & Joſepho πένθος *dolor*. Habet, peractum eſt: quas petit, pœnas dedit.

Pœnæ corporales.

Gen. III, 16.

Certe ego, ſi nunquam peperiſſem,
tutior eſſem:
Infelix fructus in mea damna
fero.

Ariſtot. Pol. *L.* VII. *c.* 9. & *c.* 16. *De generat.* L. I. *c.* II. L. IV. *c.* 6. *Sch. Apoll.* L. I. *Argon.* *Nonn. Dion.* 41. L. XII. *C. qui pot. in pign.* *Oppian.* L. I. *A.* *V.* 484. *Ariſt.* VII, 9. *Hom. Il.* λ.

Inter omnia animalia mulier maxime in partu vexatur, teſte Ariſtotele. Bruta licet doloribus non minus crucientur, attamen difficiori longe nixu laborant mulieres, adeo ut ſi parturientes non cohibeant anhelitum, & oſcitent, vita periclitentur. Rupicapræ emittunt dolores ſuos, id eſt,

cxxxix, 3. Jer. IV, 31. contra Varro L. II. c. 10. id eſt, fœtus ait Hiobus; ſed primiparæ etiamnũ vehementioribus torquentur cruciatibus. Scortum apud Comicũ gravidum ad militem. *Salve*

Qui me interfeciſti pene & vita
& lumine,
Quique vim magnam doloris per
voluptatem meam
Condidiſti in corpus etiam quo
nunc morbo miſera ſum.

Medea apud Euripidem ter maluit ſub armis vitam periculo ſe exponere, quam ſemel parere. Legeſodes Philonẽ Judæum ἐν τῷ περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Tandem dicit Supremus Arbiter, licet dolorum cauſa erit maritus tuus, nihilominus tamen deſiderabis congreſſum ejus. hinc amor 2 Sam. I, 26. mulierum excedere videtur reliquos amores, cum diligant præter Puerpera. naturam ſubactores quaſi carnifices ſuos, horum dolorum cauſas: hinc apud Stobæum jocatur Sophocles in mollem ſexum, quod cum partus cruciatu diſtinetur, abjurare ſoleat omnem

omnem maris concubitum; poſtea periculis defuncta puerpera ejuſdem voluptatis & œſtri retibus denuo implicetur: Septem mulieres *Eſa.* IV, 1. unum apprehendent virum. Nec minus ſæva pœnæ ſatelles, Venerium Adamum celeri pede ſecuta, adamuſſim ejus peccato reſpondet. Mortalitatis noſter Candidatus ſegnitiâ atque ſocordiâ, lectuli otio quam labori habilior, incidit in laqueum ac barathrum Sathanæ; *Ærumnæ.* corpore itaque & animo inquietus & petulans θαῦμα θαυμάτων creaturarum princeps, ſimilis factus eſt equo & mulo, nam ſubrectis adhinnivit genitalibus. *Pſal.* XXXII, 9. Quapropter Deus terram propter hunc maledixit, ut eam comederet; *Gen.* III, 17. *ſic* 1 *Reg.* II, 7. *Rom.* VIII, 21. *Heb.* VI, 7. id eſt, ut terræ herbam cum jumentis, quorum venerantium, capriſcantium, ceveuntium, ſubantium, barriuntium, gannientium, grunnientium & gruentium, pariter ac hiſquitallentium, aliorumque truſantium & pipillantium ani- *Legeſis Pandectas Plinii.*

 malium

malium naturæ particeps factus eſſet, manducaret, & panem atque cibum tædio, labore ac laſſitudine ſibi
Gen. III, 23. compararet. *In Sudore vultus tui veſceris cibo.* Sic ſeros nepotes docuit paupertatem privatis quæſtibus expellere.

Jam raſtros patietur humus, nunc vinea falcem.

Audiamus Marci Tullii effatum apud Auguſtinum. *Homo à natura in lucem editur corpore nudo, fragili atque infirmo, animo anxio ad moleſtias, humili ad timores, debili ad labores, proclivi ad libidines, in quo divinus obrutus eſt ignis, & ingenium & mores.* Tandem ſubjicit Supremus Pater, & patris ſermo
Gen. III, 22. adde c. XVIII. §. 27. & Pſal. CIII, 14. *Sarcaſtica Subſannatio.* Chriſtus cum Spiritu Sancto: *En hominem, factus eſt quaſi unus ex nobis*, verum procrea nunc hominem ad imaginem tuam, *pulvis erit & in pulverem revertetur.* Et ita vita hominibus in pœnam data videtur, cum antea mitis & amabilis

ſoror,

ſoror, nunc triſtior noverca nobis ſit.

Heu, heu, nos miſeri, quam totus
homuncio nil eſt!

Atque ita invidia Diaboli, pallentes morbi & triſtis ſenectus & ipſa mors in mundum ingreſſa, & nactus eſt mortis imperium Diabolus. unde eum Chriſtus à principio *homicidam* prædicat. Notandum itaque Cainum Sathanæ primogenitum (natum ſcil. ex primo illo contra Dei mandatum pruritu & concubitu) non ſolum ipſum indemnatum ſpiritum fato tradidiſſe, ſed & fratrem interemiſſe. *Cain qui per tranſgreſſionem conceptus eſt, filius peccati* (ſunt Agrippæ verba) *ſanguinis homicida factus eſt: neque enim naſci poterat bonus, qui tanto malo erat conceptus.* Abel *conceptus ad pœnitentiam tranſgreſſionis, prima hoſtia accepta Deo in expiationem carnis; qui ſordes nuptiarum abluit cruore martyrii.* Hinc illæ lachrymæ, pulchra equidem arbor, ſed ejus fructus

Sap. II, 24.

Heb. II, 14.

Joh. VIII, 44.

Cain homicida.

prima fronte læti, eventu triſtes; atque ita fit radix illa amara, vera [*Hebr.* XII, 15. *Tacit.* *L.* v. *H.*] Sodomorum poma, quæ dum in olla erant, jure merito mortem di- [2 *Reg.* IV, 40. *Plin.* XX, 3.] xiſſes in ea latere, ut quondam de fungis agreſtibus colocynthidis dictum. Arboris minime otioſæ fructus terræ, humani corporis ſequeſtræ, conduntur:

Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyſſi
Temperet à lachrymis!

Elementum moribundum, caducum ac grave corporis pondus terræ matri redditur, Spiritus autem & ani- [*Apoc.* XXI, 27. 1 *Cor.* XV, 50. *Manil.* L. IV. *Lucret.* L. II.] ma (ſi non ſit ſanguinis & carnis pruritus cogitatione inquinata) cœli depoſitum Deo, igneo animarum fonti traditur.

[*Euripid.*] Πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα.

[*Max. Tyrii Diſſ.* I, 25, 28.] Non tanquam Divinæ auræ particula reſolvitur in Deum, ſed vadit ad judicem, qui ei pœnæ vel præ- [*Eccl.* XII, 2.] mii locum aſſignat. humanæ mentes

tes profundis impurarum cogitationum receſſibus addictæ, ſceleribuſque inquinatæ, transferuntur in denſum chaos, turpeſque Tartari tenebras, Dei gratia pariter ac præſentia vacuas, ubi conſcientiæ laniatu nec non horribili exſpectatione futuri tribunalis torquentur. Regeneratorum, quorum corpora fuêre templa Spiritus Sancti, animæ extra anni ſoliſque vias, & nitidos poli axes, cœleſtiſſimo cœleſtium exercituum fruentur conſortio, dulciſſimoque Hallelujah glorificabunt Deum & Chriſtum Jeſum, quem gloriæ lumine vident atque contemplantur. Sicut in Adamo omnes duro Parcarum imperio exſtincti ad rogos buſtaque ferimur,

Pauci quos aquus amavit Jupiter.

Tros Rutuluſque fuat nullo diſcrimine habetur;

Ita & in Chriſto cuncti vivificamur. Non ex oſſiculo *Lus*, quod rore emolliretur, ſed poſtquam vermes

ἀνάστασις.

Job. XIX, 26. *fal luntur Voſſius Diſp. Th.* XII. *Sixt. Amama. Antib.* L. III. *p.* 668. *Prudent. ἀποθ.*

confoderint corpus, divinâ potentiâ idem corpus reſurget, videbitque generis humani Soſpitatorem, qui velut è ſomnis ſolutum illud cadaver ad vitam revocabit.

---- nec me vel dente vel ungue
Fraudatum removet patefacti foſſa ſepulchri.

Caſto Chriſti corpori corruſcantia electorum corpora conformia fient, glorioſum hoc templum decore ſuo vincet Thetidis formam, crines ingenio ſuo flexi rutilabunt, & cæſaries refuga criſpabitur, ita tamen ut quotidiana ſucciſione fruticantes pili haud opus habeant: corpora ſubtilia, nec dilatatis angulis ampliata decore ſuo prælucebunt:

Phil. III, 21. *Apoc.* VII, 16.

Tumque nulli deformes, aut tardi, ſenes aut pueri, nec gibboſi, aut claudi, lippi aut monſtroſi, verum ſucculenti juvenili dignitate conſpicui, teretes humeri, patulæ manus, carneum femur, crura ſuris fulta turgentibus, internodia poplitum

bene

bene maſcula: mulieres & tenellulo delicatiores hædo, Praxitelis Gnidia Venere venuſtiores, nullo naturali vitio excœcatæ, ſed juſtâ formâ graves, omnique dote, quam petulantibus dictis Petronius aut Ariſtinætus deſcribere poſſent, gratioſiores emendatioreſque. Ita tamen, ut & ſempiternâ ſanitate & caſtitate cumulatiores Paracleto & Creatori gloriam tribuent. Tum nec blanditias ſuas proſtituent Salvatæ, Thais nulla olet, nec Nonariæ ullæ clepſydræ curam habebunt. *καλλιπυγοτέραν* nec ullam deperiet Cupiennius, Marſæus & Gordianus nullas ſectabuntur buſtuarias, Martialis nullas Ancillariolas, Saluſtius nec libertinas; cum *παργλοπόλιοι* & *κατάκλειστοι*, Lais, Calvina, Catuena, Chion, Phryne, Elephantis & *δωδεκαμήχανος* Cyrene cum Proculejo, Gillone, ac Criſpino cœteriſque Trojugenis & Baptis, Cotytto ſint devotæ ac mancipatæ. Veſtalium caſtimoniam

ipſe ſpurcitiæ Deus delibabit, & Palladis virginal velamento ſuo reteget. Caleſcant tum Canophoræ, glorietur tum Proculus, cæſariones nothique levato velo exprobrent libidines parentum. Electi fermento vetuſtioris labis non vexabuntur, neque ducent aut nubent; adeo ut nullæ beatæ ſalvatum hominem lodicis ζωὴ ϗ ψυχὴ blanditiis, nec nigris vegetiſque oculis, nec flava coma, nec pede gracili, nec papillis tumentibus, nec pulchris clunibus ſuis ad antiquum illud nefas pellicere poſſent, etſi vellent: velle autem nec poterunt, quoniam non labiles, ut in primis mundi exordiis, ſed Deo angeliſque ſimiles erunt. Pſoram itaque fricant ſuam Baſilius, Hilarius, Athanaſius, Origines, Macarius, & cum iis Grotius pariter ac Scotus, hariolantes cunctos virili ſexu reſurrecturos, exceptâ Beatâ caſtiſſimâ Mariâ; dum conformes erimus imagini Filii Dei & Angelis, inter

Arg.c.IV, 13.Eph.& Rom.VIII.

inter quos nullum ſexus diſcrimen agnoſcit Theodoretus: Ratiuncularum offucias abſtergit docte Auguſtinus. *Qui utrumque ſexum inſtituit, utrumque reſtituet, nuptias negavit Dominus futuras in reſurrectione, non fœminas. Corporibus vitia detrahentur, natura ſervabitur. Non eſt autem vitium ſexus fœmininus, ſed natura, quæ tunc quidem & à concubitu & à partu immunis erit, erunt tamen membra fœminea non accommodata uſui veteri, ſed decori novo, quo non alliciatur adſpicientis concupiſcentia, quæ nulla erit, ſed Dei laudetur ſapientia atque clementia.* Ad rhombum. *L. XXII. c. 17. de C. D.*

§. XVI. Multiplicatis tandem mortalibus, audax Japeti genus cuncta libidine polluit. Rejectis gentibus, cum populo ſuo pepigit fœdus miſericors ille Deus; aſt ut depravatæ naturæ, primâ labe ac ingenito nefas pollutæ memores eſſent fœderati, ipſis injunxit *circumciſionem*, ut Circumciſio. *Gen. XVII, 10.*

 illa

Recutiti apellæ. illa pars quæ peccaverat, & per quod transfunditur originale peccatum, eſſet in fœderis ſignum,(unde Judæi Gen. XXIV, 2. XLVII, 29. juramentum præſtantes ſub femore dextram præputio & inguini admovent. hinc & iſtud πολυθρύλλητον Ph. Judæus de Circumciſ. *by ſijn mannelijke waerheyt*) & ut præputia cordium noſtrorum Jer. IV, 4. Aug. de C. D. L. XVI. c. 27. auferremus, id eſt, averruncaremus pravam illam concupiſcentiam. Circumciſio itaque fuit typus carna- Lact. L. IV. c. 17. Rom. X, 11. Deut. XXV, 6. lium cupiditatum abnegationis. Luſtrico enim die infantis præputium Legeſodes Gomarum ad Lucæ c. II, 21. (Ἀκροποσθίη, ſive ἀκροβυστία Heſychio τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου *extremum pudendi*, Celſo *ſumma cutis*) oſſeo Exod. IV, 25. Joſua V, 2. cultello vel petrino, Chaldæo Paraphraſti *Scalpella acuta*, abſcinditur. Omnium primo Abrahamo in- Gen. XVII, 15. Act. VII, 8. juncta, & ab Iſraëlitis Ægyptii Ioh. VII, 22. mutuati ſunt. Licet Herodotus ἀπ' ἀρχῆς L. II. c. 91. Præp. Euan. L. I. ipſis aliique Saturno tribuant apud Euſebium. Nam hi, ut Troglodytæ Ægyptios, Iſraëlitas imi- Origines contra Celſum. tati ſunt. Dæmon ſemper ſimia Dei.

Hunc fœderis ritum adeo religioſe & exacte ſemper obſervarunt circumſecti & recutiti verpæ, ut bella moverint contra Imperatores, quod interdicerent ſcindere inguinis oram, vetarenturque mutilare genitalia & præputia demetere. Iduæos ſive Apellas (Judæos intelligo, quicquid labefactare conatur ſoli & cœli ſui palabundus exul Pinedo, digladians *Apellam* apud Horatium & *Anchialum* apud Martialem nomina propria eſſe. Lubentius lardum lurcaſſet verpulus, dum in toto opere Pinedo *ad Stephanum Byzant.* *Nos plura* L. II. c. IX. *Proſt, Veter.*

Præter nugas nil glabra pellis habet.)

nodatum caput arte hucuſque ſolviſſe omnis ævi ſeries docet. Adeo ut ingenitum placitumque nefas rurſus videamus, nihil aliud fuiſſe quam coëundi iſtam libidinem, quam in ſancto Paulo ut labes & ſpurcitia naturalis deputatur, & illum in concipiendo pruritum, 2 *Cor.* XII, 7.

quem

quem in matre ſua agnovit David, rurſuſque in ſe ſenſit D. Vates. Ni itaque prima Sanctionis trangreſſio fuiſſet concubitus, qui peccatum hereditarium foret in infante, qui actu nihil mali perpetravit, libidinoſus hic affectus, quo incaleſcens mater concepit eum, & quem illico perſentiens ſe Virum eſſe fatetur.
Geneſ. xxxiv, 14. Exod. xii, 3. 4. Gal. v, 28. Satis pœnarum autem mulieri erat relictum in partu, ita ut ſimile quid circumciſioni ſubire haud neceſſe eſſet; cum uterque ſexus in fœdere & in Chriſto ſit unus. dicuntur enim & *filiæ Abrahami*. Fœminis & parſum eſt, quod ex fœmina ſine virili ſemine, ſoſpitator noſter, ſemen mulieris caput ſeductoris contriturus, naſciturus eſſet, quem illæſa virginitate ſine ærumnis geſſit virgo immaculata, quodque caſti ventris o-
* Ioh. viii, 44. 1 Ioh. iii, 10. Matt. iii, 7. Apoc. xii. nus in partum ſincerũ ſolvit generoſa puerpera. Primi ſeminis*progeniem fovit hoſtis ſaucius, quam Chriſtus ſemen virgunculæ beatæ, Meſſias
ſive

ſive Michaël deſtruxit, contudit atque ſubegit; adeo ut irregeniti figmenti pulvis & cinis ſerpenti tantum relicta ſint in cibum. Pii autem *Jeſ.* LXV, Chriſti virtute culcabunt ſerpen- 25. *Luc.* X, 19. tem & juſtificati ac ſanctificati excuſſo Diabolicæ Tyrannidis jugo, continuo adverſus illecebras ejus pugnabunt. *Inimicitias ponam inter* Gen. III, *te & mulierem, inter ſemen tuum &* 5. *ſemen illius*, ait Dominus, *illud conteret caput ſerpentis & conculcabit calcaneo.* Agnus hic ἀμίαντος καὶ *Eſ.* VII, ἄκακος immaculatus ſine ullius viri 14. *Jer.* XXXI. §. opera ἀπάτωρ, ſed in immaculato 22. *Luc.* I, virginis Mariæ vaſe glutinans car- 37. *Heb.* VII, 3. nem inſciâ matre, unde ἀμήτωρ, Melchiſedecus. nullo modo originali labe inquinatus eſſe potuit, quia non hoc tenore è voluntate viri & fœminæ concretus & coagulatus nec coinquinatus, ut nos homunciones pulverulenti. Spiritus S. vis potentiam Diaboli ſuffocavit, Beatæ Mariæ ſemen Evæ maſſam purificavit, in omnibus fra-

tribus

tribus ſuis ſimilis factus eſt Chriſtus
Hebr. II, 17. excepto peccato. tulit tamen pro
Marc. I, 4. nobis circumciſionem, & nos baptiſmo ablui juſſit, quia ipſe pro nobis
Gal. V, 3. plagam in carne inſons tulit, ut de-
Pſ. XL, 7. Hebr. X, 5. bitorem ſe faceret univerſæ legis ſervandæ: aures ſibi perforari paſſus
Exod. XXI, 5. 6. eſt, ut voluntariis ſervis fieri ſolebat, idque ut ultro Domino patri & uxori Eccleſiæ, & liberis ſe mancipare.
Rom. V, 19. paret. utque unius libidine peccatores conſtituti ſunt multi, ita per caſtitatem unius Chriſti juſti conſtituuntur multi.

§. XVII. Suffragantur digreſſioni
Levit. XII, 6. noſtræ Purificationum Sacrificia, quia peccarunt in opere lepido parentes. Offerre debuit mulier pro purificatione, non prolis, qui purificationis ſignum habuit octavo die, ſed ſuæ ipſius: inerat enim immunditia & irregularitas legalis in conceptus partu contracta. Notanda & textus verba. *Offerto agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ*

lumbæ aut turturis in peccatum. columbas ſalaces torquatoſque palumbes (qui ſemper Veneris & libidinis avidæ fuere ſymbola, ut præter mythologica docent Cypriorum & Erycinorum nummi rariores apud priſci ævi reliquiarum indagatores. quo ſenſu à Prudentio.

Eva columba fuit tum candida; nigra deinde
Facta, per anguinum maleſuadâ fraude venenum.

Si plura cupitis, legiteſodes G. Voſſium de *Idololatria*, ac Sam. Bocharti Hierozoicon atque Geſnerum) in peccati ſalacitatis ſuæ, reatum offerre debuit puerpera. Leproſus, *Levit.* xiv, 12. 21. 30. cujus immunditia jure merito *peccatum* dicitur, (Lepram omnem non fuiſſe ſcabiem aut Elephantiaſin, ex menſtruato congreſſu vel contagione contractam, ſed bubones & hernias; quin imo luem Veneream apud Hebræos, Græcos & Romanos notam Libro tertio de

Proſt.

Proſt. Veter. propitio numine docebo. Nam ſicut inter hæmorrhoides
Lege Levit. XIII, 2. Exod. IV, 6. Num. XII, 10. 14. & ficos ſive mariſcas luculenta eſt differentia, ita lepra ſcabioſa à lepra alba toto differt cœlo) offerre oportebat paſſerem, quia ob acrimoniam humoris quâ perciti erant libidinoſi Saucii, paſſerum inſtar, quos vigeſies uno die rem peregiſſe literarum monumentis teſtantur Aldrovandus ac Scaliger. unde Juvenalis: *Dic paſſer.* Denique legitimæ
Sat. IX. Jer. XVI, 1. nuptiæ licet caſtæ ac licitæ, quin imo injunctæ ſint primitus & benedictæ ob Meſſiæ nativitatem,
Exod. XIX, 15. Levit. XV, 18. 1 Sam. XXI, 4. 1 Cor. VII, 5. crebro tamen interdictæ ſunt ob legalem immunditiam, ut mentes magis in Deum erigerentur, ideo ſe abſtinebant *ad tempus.* Chæremon de Ægyptiis Sacerdotibus: *Abſtinebant à congreſſu cum*
Porphyr. de abſtin. *uxoribus.* In *caſto* & Romani dicebantur eſſe cum ſeparati erant ab uxoribus. unde noſter Satyriographus.
Sat. VI. & Ovid. IV. Faſtor.

Ille

Ille petit veniam quoties non abſtinet uxor Sat. vi.
Concubitu ſacris obſervandiſque diebus.

Tibullus amorum Triumvir caſtus. L. ii, i.

Vos quoque abeſſe procul jubeo, diſcedite ab aris,
Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.
Caſta placent ſuperis.

Tenerorum amorum buccinator. L. iii. El. 7. Amor.

A tenera quiſquis ſic ſurgit mane puella,
Protinus ut ſanctos poſſit adire Deos.

Lampridius de Alexandro Severo: Et Spartian. in Eligab. *Uſus vivendi hic fuit, ut ſi facultas eſſet, ſi non cum uxore concubuiſſet, matutinis horis in Larario ſuo rem divinam faciebat.* Poſt coitum vero 2 Reg. Levit. xiv. uterque ſe aqua viva mundabat & expiabat, tum ob peccati originalis reatum, ejuſque tranſmiſſionem, tum quod niſi libidinoſa cogitatione fieri haud ſoleat. Ita Betſaba poſt perpe- Adde Strab. L. xvi. Stat. L. ix. Virg. iv. Æneid. Juv. Sat. vi.

tratum opus, ſe abluit & ab impuritate ſua purificata eſt. Suetonius de matre Auguſti. *Illam experrectã quaſi à concubitu mariti ſe purificaſſe.* Ita apud Perſiũ, *noctem flumine purgare.* redit interim ad damnatos mores ſpumoſa & ſalivans caro, ingenitum hoc nefas nec ulli amnes aut ulla maria nec ingens Oceanus abluent. Sexcenta in rem noſtram non obtorto, ſed liberrimo collo ruunt ſuffragia. Pollutionis nocturnæ, cujus umbra lubrica inter res ſerias vix nominari videbatur, decora inceſta ob legalem primi reatus immunditiam *peccatum* dicitur. *Idcirco has naturales & involuntarias excretiones purgari voluit Deus, ut à voluntariis multo magis fugere diſcamus* ait Iſidorus Peluſiota. Quocirca & ardenti voto Deum ſupplices veneramur, patrio hoc effato. *Matiget onſen ſlaep dat die niet onordentelijck en geſchiede, op dat wy aen ziel en lichaem onbevleckt mogen blijven.* Menſtruatæ & Ancunulentæ

C. XCIV. *Auguſt.*

Sat. II. *Lact.* L. V. *c.* 19.

L. II. *c.* 4. *Proſt. Veter.*

Lev. XV, 30.

Lib. III. *c.* 14.

lentæ per VII. dies immundæ erant, Levit. XV. 24. & XVIII, 19. XX, 18.
debebantque ſe ſeparare à conſortio
hominum, viri & tabernaculi. Qui
menſtruatam tetigerit, vel juxta eam
jacuerit immundus erat. Si inſciens
rem habuerit molueritque men-
ſtruatam expiari poteſt: ſi autem
invitâ uxore ſcienter & ſtudio nu- Levit. XX. Ezech. XVIII, 6.
ptias fecerit, morte morietur. Si
conſentiente menſtruatâ palpitave-
rit, fatuaque popyſmata in lubrica Levit. XX, 18.
ſemita ejus excitaverit, ambo inter-
ficientur. Quod facinus non alias
conſtabit, niſi albo fluxu laborave-
rit, & ejus veneno infectus vir bu-
bones vel gonorrhæam contraxerit:
vel monſtroſus, debilis ac leproſus
infans prodiderit matrem. unde a-
pud Hebræos Lex, teſte Ænea Ga-
zæo, quæ permittit nato leproſo ac
mutilo patrem lapidibus obruêre,
quod à muliere dum immunda eſ-
ſet abſtinere nequiverit. Meretricia
voluptas licet apud omnes fere gen-
tes extra legis pœnam ſita fuerit,

tamen Deus interdixit, ne Iſraëli-
tam ſubagitet mercede aut ſtupret
capturâ fœderatam, Hebræus ob ty-
pum Chriſti.

Mos & Lex maculoſum edomuit
nefas.

Ita tamen ut extraneæ licite cophi-
nini fœnique mercede ſe mancipare
poſſet. quo caſu & Dei populo in-
terdictæ erant uſuræ, morticinia alia-
Deutr. xiv, 21. que non pauca, quæ tamen cum ex-
traneis licite tutus faceret.

Agmen claudat tandem naturale
illud inter utrumque ſexum συμπα-
θείας ἑλκυστικὸν. Barbatus juvenis rem
adeo fœdam & brutalem ultro, ob-
ſcœnas Spartopoliarum partes, opa-
cam mephitim exhalantes, æterniſ-
que ſordibus obſitas,

Quaſque ſuas mater timeat per-
tingere nates.

tentis nervis aggreditur. Inferiores
abdominis partes, *popinas & latri-*
narum latebras dixit Apulejus. *Tur-*
pitudinem muliebria meretricis vo-
cat

cat Jeremias, & ipſum coëundi actum tanquam *Stultitiam* execratur. nunc ſtuprum, nunc inceſtum, adulterium & ipſam Παιδεραστίαν *Stultitiæ* epitheto infamat Sacer Codex, & paſſim *Plautus. Lacerum inguen, fornacis aut culi equi aëni inſtar, furibunde palpitabit Veneris properantis nepotulus & martyr, licet certo certior eſſet ſe ex illo congreſſu luem Veneream contracturum, tamen ut compos voti fiat Acheronta movebit.

C. XIII, 26. XXIX, 23. *Gen.* XXXIV, 7. *Deutr.* XXII, 21. I *Sam.* XIII, 12. *Iudic.* XX, 6. 10. *Iud.* XIX, 23. 24. * *Plaut. Bacc.* I, I. *Men.* II, 2. *Aul. ſc. pen.*

Hic rogo, non furor eſt, non eſt hæc
mentula demens!

Viros minoribus genitalibus eſſe præditos quam cœtera animalia, proportione corporis habitâ: puellas vero maturas fœminal, *virginal* Lucilio, *bulgam* Varroni, vulgam vel, ut ſimplicitate Romana loquar, vulvam habere equæ aut vaccæ foſsâ capaciorem laxioremque, naturæ Conſulti aſſeverant. Quapropter immundæ & fœtidæ draucos adha-

Alb. Magn. L. xx. *de animal.*

mant, & mutoniatos deperiunt. urunt videndo puellæ, ſibique oculi adulterium monſtrant. *Næ illæ*, inquiunt, *fortunatæ ſunt, quæ cum iſto cubant.* Marullæ inguinum pondus diu multumque manu & digitis penſant, hiſpida membra, toroſos lacertos & penem

Majorem, quam ſunt duo Cæſaris
Anticatones,

oculis devorantibus comedunt. Ita Hieroſolomitanæ ad menſuram inguinis aperto peculio legebant viros, amabantque obſcœnos gladiatores, *balteis accinctos*, ait comma quintum decimum, quibus verbis reſpondent illa Satyrici

Ezech. XXIII.

Ferrum eſt quod amant.

In Aſſyrios non tantum ſed & Chaldæos exarſêre, dum

Læna per innumeros iret pictura penates.

habuerunt forſan iſti tam grande pondus, ut ipſos homines lacinias faſcini crederes. tandem mutoniatorum

torum draucorum diſtractione luxatæ, deteſtantur peregrinos, & ad Ægyptios rurſus ſe conferunt. Sed cum *poſt aſellum diaria* non ſumuntur, ita necdum ſatiatæ, eos ſolum Ægyptios onobelos amplectuntur, quorum *caro erat inſtar aſinorum & virus inſtar equorum.* bipedem ſibi aſellum quærunt. Aſini enim bene vaſati probeque peculiati ſunt, unde Poëta:

Ad portam veniet ſalax aſellus

Aſinum & Priapo conſecratum novimus initiati. hinc & ὄνος apud Phavorinum & Lampridium. Luciano ἀσελγέστερος ὄνων. Equorum adhinnientium furorem teſtantur admiranturque omnes ſcriptores. *Inſignem* equarum furorem indicat Maro, & extremæ laſciviæ adulteram *Hippiam* vocat Juvenalis, unde & Lucilius *Equam Theſſalam* dixit amicam ſuam, quaſi indomitam. adeo ut & ſiccæ & pudibundæ videant mentulam pedalem teſtes bilibras

L.VII,54. L.I,24. libenter. Martialis cum puſillo eſ-
L.III,50. ſet peculio, dicit ſe diſplicuiſſe Cottæ & Gallæ. Sed Clodii opulentum peculium Pompejæ magis delectabatur, quam puſillum patrimonium Julii Cæſaris. Sic & cunctæ iſtæ Dromedariæ magis delectantur inguina quam ingenia fricare.

Unciolam Proculejus habet, ſed
Gillo deuncem:
Partes quisque ſuas, ad menſuram
inguinis heres.

§. XVIII. Ratiocinationi huic noſtræ apodictice hucuſque demonſtratæ haud pauca obſtare videntur. Nam naturæ auctor ante lapſum
Gen. I. §. 28. ex profeſſo conceſſerat atque injunxerat, ut multiplicarentur. Cum autem τῇ ὑποθέσει δουλεύειν nec deſerere vadimonium de re certiſſima datum conſtitui, ideo injuria temporis in omnes libros graſſans mihi pro muro aheneo erit. remoram ſaltem laciniis verſicoloribus intertextam abſque tuſſi pervolvito. Quem enim

latet

latet Pentateuchi auctorem per indicem

Manſuras rudibus voces ſignaſſe figuris.

Moſes eruditus Ægyptiorum diſciplinis, & à Deo Opt. Max. edoctus, & columnis Sethi inſtructus, res, ante 2000. annos editas, ſtyli mucrone poſteritati colendas reliquit. Multa alia facta ſunt, quæ longâ nocte ignota ſunt, quia carent vate hoc ſacro, omnium ſcriptorum antiquiſſimo. Ipſum Moſis αὐτογράφον in intimo ſacrario & ibidem in arca religioſe cuſtodiebatur, ita ut Pontifici Max. ſoli inſpiciendi poteſtas erat, nec ab Achazo, nec à Philiſtinis ex eâ raptum, nec à Chaldæis Babylonem ad Nebucadnezarem delatum. nam cœterorum Prophetarum effata ad ejus ſcripta, quaſi ad Lydium lapidem erant examinanda. Judæi Chriſtianorum capſarii, quibus credita erant eloquia Dei, adeoque aſſidua lectione & deſcriptione

Num. XII, 7. Heb. III, 5. Ioſeph. 1, 3. Conſule & Chriſt. Schotani Hiſtor. Sac. p. 57.

Excepto Jobo. Deutr. XXII.

2 Paralip. XXXIX, 14. 2 Reg. XXII. 1 Sam. V, 6. 2 Reg. XXV.

Ieſ. VIII, 10. Aug. C. D. L. XV. c. 13. Rom. III, 2. Pſal. 147, 19.

Lege Joſeph. L. I. Antiq. Auguſt. L. XV. c. 13. C. D. Euſeb. Præp. Evang. Lib. VIII. Lege 1 Cor. XIII. com. 8

ſarta tecta à tineis & blattis conſervarunt.

Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Cum autem diuturnitas temporis, varii caſus, fugæ, captivitates, migrationes ortæ ſint, factum eſt liberi mutili prodierint. Circa captivitatem Babylonicam, Eſdræ ætate, lingua Hebræa in Syriacam & Chaldaicam fere mutata fuit, unde quædam earum linguarum voces per ſacerdotes aut reges, ſæpius codicem deſcribentes, vel textum Hebræum cum Chaldaica interpretatione, prælegentes irrepſêre, ut in Jobum, Danielem, Jeremiam, Ezram: quemadmodum & paſſim docet in ſcriptis ſuis Bochartus. Ita tamen ut Chaldaica hæc, quæ *Judaica* dicuntur, intelligi potuerint à populo. Eſdram literas Judaicas commutaſſe, & alias inveniſſe, noviſque deſcripſiſſe volunt Hieronymus & Euſebius. Scribæ tertii enim omnes,

Neh. VIII, 2. 2 Reg. XVIII, 26. Hier. præf. ad L. Reg. Euſeb. Olymp. 180. a. 2.

omnes, cum non eſſent θεόπνευστοι nec *Lege ſodes Ier.* XVIII. *com.* 8, 9. 10.
ἀναμάρτητοι, nec ipſa Prophetarum
αὐτόγραφα habuerint, proculdubio
inſcitiâ, incuriâ, vel ut loquitur Ca-
pellus ἀβλεψίᾳ καὶ ἀδιαβλήτῳ commi-
ſerunt σφάλματα. Eſdra cum 125. ju-
risperitis & ſacerdotibus Canonicos
ab Apocryphis ſeparavit, mendis *Eſr.* VII. *Neh.* VIII, 2.
purgavit & lacunas ſupplevit, per ca-
capita diſſecuit per periodos & com-
mata alii longe poſt eum. Num autẽ
puncta vocalia excogitaverit & no- Ἐπίγρ.
taverit ejus linguæ peritis relinquo.
Maſorethæ ſaltem maſoram & gloſſas
addidêre ut videre licet in Talmude
Babylonico. Magnæ Synagogæ &
callati Synedrii Præſes, neglecto die-
rũ temporumque ordine, ſus deque *Tertull.* L. 1. *de cultu fæm.*
reſtauravit, adeo ut prima Geneſeos
capita, Exodia Pentateucho obiter
inſerta eſſe videantur. Alibi ex ſcri-
barum genealogiis & diariis ac ad-
verſariis Joſuam, Ruth, Regum, Pa- NON LIQUET.
ralipomenων ſupplevit. Quæ num
afflatu Spiritus S. reſtauraverit, quis
deje-

dejerare poſſet. Ne tamen me πνεύματομαχον putes, ſcias hunc prophetiam ſuam eodem Spiritu Sancto dictitaſſe, quo antecedentes & ſequentes Divi infallibileſque Vates & Apoſtoli. Jobi Arabis, nati è Nachoris vel Eſavi poſteris, habitantis in confinibus Chaldææ, Syriæ & Arabiæ, non longe à Damaſcena, ubi regio olim fuit Auſitis, Librum vocum tam exoticarum quam aliarum ἅπαξ λεγομένων ſchematumque Rethoricorum longe difficillimum, è Syro vel Arabe aut Ægyptio traduxit Moſes in Hebræum ſermonem, addiditque per mare liberationem Iſraëlitarum. Proculdubio ipſe Jobus ſaucius miſere inter ſacrum ſaxumque jacens, cinere & cilicio peccata ſua expians hujuſmodi cothurnato haud uſus fuit ſtylo, ſed alius Judæus metrica oratione & humanioribus polivit gnomis: ita tamen ut non fictitius inducatur Hercules, ſed vera exhibeatur hiſtoria,

Jobh *differt à Jobabh Gen.* XXXVI, 33.

mentio ejus Ezech. XIV, 14. *Iacob.* V, 11.

Job. XXVI, 12.

Maimonides & Rabbini in Thalmude.

ſtoria, ut contra Salmaſium pariter ac Spinoſam ex Judæo Scepticum, Celſi diſcipulum, ſartam tectamque vindicavit vir κριτικώτατος Frid. Spanhemius genuinæ Theologiæ Solidiſſimus Antiſtes. Gen. XIV, 14. Locus *Dan*, non niſi poſt Joſuæ mortem hoc nomen obtinuit. *Bethel* Gen. XIII, 3. in hiſtoria Abrahæ demum à nepote ejus Jacobo ſic denominatum. Tyrus condita CCXL. annis ante templum Salomonis, auctore Joſepho, cujus mentio tamen apud Joſuam. Hæc niſi κατὰ πρόληψιν ſcripta dejeres, abſona dictu autumares. Sic Chus & Havila Gen. II, 11. 13. memorata, poſt diluvium hoc nomen demum accepêre. Gen. XXI, 14. Deſertum Berſabæ, in quo fuit Hagar, à nomine putei, ab eventu ſic dicitur. Exod. III, 1. Horeb mons Dei, poſtea ſic dictus. Jud. XV. Lechi Palæſtinos caſtra ſua eſſe metatos legimus: cum tamen conſtet poſtea demum hoc nomine inſignitum,

Dan *Joſ.* XIX, 47. *Jud.* XVIII, 29. *Gen.* XXVIII.

tum, cum Samſon maxilla aſini ceciſſet ibidem Palæſtinos: quia *Lechi* maxillam denotat. Nec infrequens πρόληψις apud Claſſicos.

Anticipatio.

Italiam fato profugus Lavinaque venit
Littora. ----

In Italiam cum veniret Æneas, Lavinium nondum conditum erat. Ita Palinurus nominat portus Velinos, qui poſt annum ſexcenteſimum, quam Æneas in Italiam appulit, conditi ſunt in agro Lucano, & eo nomine, regnante Servio Tullo, notati.

Virgil. VI. Æneid.

Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram
Injice: namque potes: portuſque require Velinos.

Apud Agellium Hyginus quovis ſacramento contendit, ea per anticipationem minime poſſe excuſari.

Lib. x, 16.

Virgilius ſcivit illos portus, inquit: *Sed Palinurus qui potuit ſcire ea, quæ poſt annos ſexcentos facta ſunt? niſi*

niſi quis eum divinaſſe apud inferos putet, perinde ut animæ defunctorum ſolent. Sed ſi ita accipias, quamquam non ita dicitur, Æneas tamen, qui non divinabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum, cui nomen tunc, ſicuti diximus, nullum uſquam fuit? Moſes nomina & res potuit fugitivo loco inſeruiſſe, quæ ipſe ſcivit; verum ea, quæ longo poſt eum intervallo contigêre, non potuit ſcribere aut deſcribere, niſi quæ typica ſunt. Ita Geneſeos capite XXXVI. commate 31. fixo ſtylo recenſetur ſeries Ducum & Regum Edomæorum poſt ipſius tempora futurorum, quam præſcire non potuit. Quod ſi fanaticus regeret, ea mente divina Prophetam hunc vaticinatum (*Quod credat Judæus Apella non ego.*) Reſpondebo, cur itaque non fecit mentionem judicum & Regum Hebræorum, quorum maximi intererat ſcire Iſraëlitas? Quod ſi quis me Jannem & Jam-

Portus Velini.

Gen. XXXVI. §. 31. *Chronic.* c. 1. §. 43. Reges & Duces Edomæorum.

Jambrem, Hymeneum & Philetum; Demadem aut Alexandrum Fabrum illum ærarium, impoſtorem auderet Sophocleo hiatu dejerare, ſciat

Turba gravis paci, placidæque inimica quieti,

Notato. hæc Geneſeos capiti ſexto triceſimo inconſiderate eſſe inſerta ab eo, qui retulit eadem convenientiori loco in cap. 1. Paralipomenων. MalefeRiatorum ambitioſa triſtitia & fucata ſeveritate inclytum vulgus legat & ſerio ad obruſſam Divi Pauli effatum revocet: *Charitas nunquam excidit: ſed & prophetæ evaneſcent, & linguæ ceſſabunt, & cognitio evaneſcet.* (1 Corint. XIII. §. 8.) Denique Gen. XXXVI, 31. mentio fit regum Iſraëlitarum, quales tum temporis adeo ignoti ac hodie Reges Bataviæ. Niſi forſan & Sardos venales inſano ζόφε venditare pertinacitet inſiſtent Bileami aſini, quovis voto certantes, Moſen exſtitiſſe Regem in Iſraële, qui nec

Θεοκρατία. Arg. Deutr. XXXIII, 4. male lecto.

Dicta-

Dictator fuit, nec ulli Monarchiæ ejus ſubjecti. Exod. XVI, 34. dicuntur Iſraëlitæ per XL. annos ediſſe rorem cœleſtem, qui tamen ætate Moſis necdum ceſſarant. *Iud.* V, 12. Agmen hujus diſquiſitionis tandem claudat ipſa vetuſtiſſimi Scriptoris mors. *Obiit Moſes & in hunc uſque diem nunquam exſtitit talis.* *Deutr.* XXXIII, 1. hæc ipſius Moſis prophetæ eſſe verba, audacter aſſeverat curtæ ſuppellectilis πρακτικοπώλης Declamator.

Hunc ſi tu ſanum credis, Avite, furis.

Nec enim ſunt verba Joſuæ coætanei & συγχρόνου Moſis, ſed ipſius Eſdræ, qui finem Pentateuchi ex ſcribarum actis compilavit. nam nec Joſua ſua ſcripſit ut cuique legenti, qui cerebrum in calcaneo non gerit, ſponte patet. cap. VIII. §. ult. Joſuæ. 1. *Para.* *ult.* 1 Samuelis XXV. uſque ad finem ſecundi à Nathane & Gade ſcripta, & Eſteræ, Annaleſque Critarum aliaque non pauca à Celeberrimo

Synedrii Præſide Eſdra ſagaci mentis acie, providiſſimoque calamo eſſe exarata, ipſimet innocentiæ fontes in ſublimi bacchantur tribunali. Concludimus tandem omnium librorum, invicem particula & copulatorum, ſeriem reſtauraſſe modo laudatum Eſdram, *qui dignus erat ut lex per manus ejus daretur Iſraëli, ſi non eum præceſſiſſet Moſes:* quo elogio Divum noſtrum Vatem decorant Sanhedrin ac Synedrium Rabbinorum, Scribarum ac Phariſæorum. A mën. Quibus ſcrupulis minime fides noſtra labefactatur, quaſi Pentateuchus multis poſt Moſen ſeculis ab auruſpice quodam fictus videretur, ut cum Hobbeſio ſuo impie ratiocinatur *Ceurbachii* commilito & Iohannis *vanden Eynde* diſcipulus, bis terve notatus ille Spinoſa. Connectio libri ultimi Paralip. cum initio Eſdræ ſapit ſtylum ejus ſeculi, ut ex Herodoti aliorumque Carmentæ Matris ſcabroſæ ætatis

Moſes D. Scriptor Pentateuchi. *Deutr.* c. XXXI. *Joh.* V, 46.

tis ſcriptorum methodo conjicere licet naris emunctæ Lectori, cui falernum vetus

---- cujus patriam titulumque ſenectus
Delevit multa veteris fuligine teſtæ,

novæque fici gratiora ſunt quam Mauri fabæ Molzique fici. Plura ſcripſit Salomon ut Rem herbariam, quinque & millia Cantica, nec non alii Prophetæ multa locuti, & annotarunt, quæ nec afflatu divino acceperant vel perceperant: quæ licet ſacroſancta viderentur, non tamen Dei juſſu ab Eccleſia in canonem ſunt redacta & recepta. Ut jam prætercam Eos crebro verbis, non à Deo inſpiratis, ipſa Dei eloquia deſcripſiſſe, & Paulum proprio motu conſilia fidelibus ſuppeditare, quæ nuper pro aris & focis defendit facundiſſimus Dom. J. de Mey, linguâ quam pennâ promptior Tractator. Liber Pacti, à Moſe ſcriptus,

1 *Reg.* IV, 32. 33. *Joſeph.* *L.* VIII.

De Mey.

Exod. xxiv, 4.7. & à Joſua illuſtratus hodie non ex-
Joſ. xxiv, 25. ſtat, ejus tamen fragmentum habe-
mus à commate 22. cap. xx. ad cap.
xxiv. Exodi. Ezechielis liber in
principio fragmentum ſapit. periê-
re itaque, quia canonicam non ma-
gis redolent auctoritatem, quam
Enochi prophetia. Hunc Enochi
Jud. 15. §. 14. Librum (quem D. Antiſtes non ci-
tat, verum ipſius Vatis prophetiam
ex traduce ſibi notam ac decantatam
per indicem & tranſennam movet,
ut Paulus magorum Jannæ & Jam-
2 Tim. III, 8. bræ nomina, Plinio & Thalmudi
Exod. VII, 2. inſerta, quæ tamen non expreſſerat
miraculorum patrator Moſes.) vin-
dicant, quaſi ex jure manu conſer-
tum, Tertullianus, Clemens ac
Lactantius. M. SS. ferro quaſi repe-
Kirchri Oedip. titum vidit in Bibliotheca Mazarini
Ægypt. Peireskhius teſtis αὐτόπτης, ediditque
Tom. II. Poſtellus: Scaliger Veronenſis ille
Ep. 362. Lib. 74. Dynaſta, & celeberrimus Hiſtorio-
graphus Thuanus, M. SS. rei vin-
dicatione ſciolis acquiſitum, Enocho
ſub-

ſubditum aſſeverant: adeoque Judæ commemoratione non magis ſit canonica, quam Davidis ad Joabum de interficiendo Uriâ Epiſtola, nec magis quam Arati, Menandri, Callimachi & Euripidis teſtimonia in Sacris Literis memorata. Pari jure & modo Libri Nathanis & Gadis de geſtis Davidis, Chronica Regum Judæ & Iſraëlis, annaleſque Perſici citantur, atque in partes vocantur, non ut Canonici eſſent vel fierent; verum ut latius ea ſubjecti civeſque Judææ in Apocryphis legere poſſent, ſi præter Sabbathum & alii quieti litare poſſent. Monumentum Moſis ex Apocrypho agnitum revelat nobis Judas. Liber Chronicorum, Regum Mediæ & Perſiæ, Liber bellorum Domini, Liber Recti, Epicedia, Tabulæ circumciſorum Tribuumque Genealogia & ſexcenta alia, quæ cum inter canonicos non fuerint relata, non magis quam hiſtoria de Seppora Æthiopiſſa

1 *Sam.* XI. *Act.* XVII, 28. 1 *Cor.* XV, 33. *Tit.* I, 12. *Philip.* III, 19. 1 *Chron.* *ult.* 20. *Reg.* XI, 48. *Eſth.* II, *ult.* c. XI, 32. *Deutr.* XXXIV, 6. *Judæ com.* 9. *Eſt.* X. *Num.* XXI, 14. *Joſ.* X, 13. 2 *Chron.* XXXV, 25. 1 *Reg.* XIV, 19.

uxore Moſis apud Ioſephum, & Barnabæ Epiſtolæ apud Euſebium, ideo Codicem Sacrum perfectum eſſe ſummo jure fateare neceſſe erit cuique ἀθεολόγῳ. Epiſtola autem ἐκ Λαοδικείας, eſt prima ad Timotheum ex Laodicea miſſa. Epiſtola anonyma 1 Corint. v, 9. eſt prima ad Corinthios. Adeo ut Doctrina per Prophetas pariter ac Apoſtolos, mediante Divino numine, tradita & ſcripta θεόπνευςος integra pariter ac verax ſit.

Coll. IV, 16.

Pſalm. XII, 7.

Prudent. περὶ στεφ. *Hym.* X.

Inſcripta Chriſto pagina immortalis eſt
Nec obſoleſcit ullus in cœlis apex.

Ita tamen ut injuria ſeculi, & captivitatis fato, actuariorum & deſcribentium incuriâ, multa in hodierno Codice authentico lacunis vitiiſque ſint deformata. Ne quis pia fraude & ὑποβολιμαίῳ intruſa mihi objiciat commenta Pauli ad Senecam (quem tamen ſalutavit in Prætorio Neronis) & Senecæ ad Paulum epiſtolas,

Suppoſititii in adulteratâ Bibliothecæ Patrum editione.

Philipp. 1, 13. *c. ult.* §. *pen.*

Chriſti

Chriſti epiſtolas apud Euſebium, Nicodemi & ejus commatis plura apocrypha & pſeudepigrapha, ſubdita & ſuppoſititia apud Baronium & Bignium; Augiæ iſtud ſtabulum purgarunt Scaliger, Rivetus, Cocus & Horenbekius, pariter ac Patrum cenſor Eraſmus in ſcholiis, *qui magis adverſus abuſus Papatus, quam contra Papatum ipſum invigilavit*, ait Doct. Horenbekius: nimirum religioſus Syncretiſmi aſſectator (ut Anteſignanus Caſſander, Modrevius, Serranus, Caſaubonus, Brachetus, Baudius & Grotius) ipſe neſcivit cui annumerandus eſſet. Ne autem extra oleas vagari videar, in orbitam. Verſiculus XXVIII. capitis primi Geneſeos proculdubio tranſpoſitus eſt. Poſt lapſum enim in ſtipendium inobedientiæ, poſtque pœnitentiam in depravatæ naturæ ſolatium, arboris fructuumque uſum benignus pater Adamo & Evæ conceſſit. *Creſcite & multiplicamini.*

Epiphan. 1, 39. *L.* 1. *c.* 13. *Boxh. Hiſt. Un. p.* 73, 122. *Bar. ad An.* 31. *n.* 59. *Tom.* 1. *Scal. L.* 111. *Epiſt.* 290.

Vindiciæ.

Duorum ſexuum naturæ indidit auctor, ut ſe invicem appeterent & conjunctione gauderent. Primo per ſymbola abuſum hujus narrat ſacer ſcriptor, (ut apud Ægyptios ἱερογραμματεῖς, apud Perſas Magi, apud Aſſyrios & Arabes ἐξηγηταὶ τῶν μύθων, apud Indos βραχμᾶνες, apud Gallos Druides, apud Siculos Galeotæ, cœterique apud alias gentes myſtagogi portentorum interpretes) poſtea ſine ullis involucris exponit gryphum. Concubitus ipſe per ſe non erat malus, alias ipſe Nomotheta poſtea peccatum juſſiſſet, ſed ſanctionis tranſgreſſio pravum redolebat facinus. Et ſicut primitùs Fratrem ex ſorore ſobolem tollere neceſſitas dictabat, poſtea natura inceſtum hunc reſpuit; ita coitus vetiti patratio primò interdicta, poſtmodum licita ac néceſſaria pariter ac juſſa delectavit arriſitque, crudis virgunculis, vetuliſque beatis, acerbis pueris, tumidiſque viris: adeo ut

Sic & alii 1 Reg. x, 1. Proverb. 1, 6. & c. XII. 23. Eccl. XII, 11.

ut blanda illa Siren, incredibili voluptatis æſtro percita tam ſanctis ac prophanis, tamque thuribulo quam principatui ſubrepſerit, tamque invaſerit Sardanapolitanos ac Epicureos, quam Lucullos aut Catones, tamque Veſtales & Monachas quam Mœnades ac Bacchas invaſerit. Naſcitur enim poſt lapſum mulier ad partum & prolem futuram, ut ſimili homuncione lætetur puerpera. *Natura, quemadmodum naſcendi, ita & gignendi legem præſcripſit; parentesque nos alendo nepotum nutriendorum debito alligarunt.* Val. Max. L. II. c. 9. 1.

Ut propagãdo poſſint procudere ſecla. Lucret. L. V.

Ita tamen ut ob rebellionis reatum ſemper legali immunditia legitimæ juſtæque nuptiæ inquinatæ manſerint: unde & originalis culpa circumciſione & baptiſmo debuerit expiari. *Lege & notato:* Sobrie 1. *ad Thim.* 11. §. 14. 15.

Notandum denique Adamum ante expreſſam coëundi licentiam ac benedictionem hujus lubrici actus, uxorem ſuam vocaſſe *viram*, Feſto

viraginem, Symmacho ἀνδρίδα, quia ex viro ſumpta erat; poſt lapſum expreſſamque cognoſcendi molendique legem, dixiſſe *Chavah*, quia
Gen. III, 20. *mater facta es omnium viventium.* Adeo ut immotum maneat, nullam ſubeſſe cauſam, cur vadimonium deſeramus.

Exegeſis. §. XIX. Alia denique & Ε'πίμετρα in apricum proferre cogor, quæ ſi non proſint ſingula, multa juvant, adeoque ne credas, Benevole Lector, me nefas in ſtudia committere, ſi Domitianam hanc quæſtionem, quæ dubio caret, Saturninis & improbabilibus adſtruere viderer aſteriſcis. *Nihil eſt tam incredibile*, ait Romuli nepotum eloquentiſſimus, *quod dicendo non fiat probabile, nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione*; adeoque veriſſima Status noſtri quæſtio nullis adminiculis aut calamiſtris inuri deſiderat, utpote ſolidiſſima Publicæ συζητήσεως ſubducta. Ut tamen

cum

cum Poſthumo Cannas, Mitridathicumque bellum & perjuria Punici furoris, Syllas Marios, & Mutios, prius in partes vocem, quam de tribus capellis cauſam agam; ideo ſcriptoris Biblici ὕστερον πρότερον haud tralatitiis probabo argumentis: Ne τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, quod nec ignoranti nocet, nec ſcientem juvat, ad nauſeam repetitum ventoſo curru ad ſcenam (nam efficacius, citius & ardentius natura mortalium culpat Satyrographis dicteriis quam mellitis verborum collaudet globulis) protuliſſe cenſear. Num comma noſtrum XXVIII. *capitis primi* Geneſeos ſuo loco & adæquata ſerie in ipſo Moſis autographo ſcriptum ὕστερον πρότερον. fuerit, doctioribus Dioſcurorum vel Triumvirorum deciſionibus modernos ſanguinariæ liti obniſos ad τὸ Ἐπέχειν reducam: Gen. 1. §. 4. Lucem dicitur Deus creaſſe primo die, at §. 14. die quarto demum ſolem & Sydera, lucis omnis cauſas.

fugi-

fugitiva & perturbata heic cernere poteris: ita & com. VIII. celebre benedictionis epiphonema diei ſecundo non accurate tribuitur, ſed bis, *Et vidit Deum bonum eſſe*, diei tertio adſcribitur. Pſalm. xxv. eſt alphabeticus: at com. 2. non incipit à Beth, nec ullum à litera Vau, niſi quintum comma in duos dividatur verſiculos, nec ullum à Koph, ſed duo à Reſch. Pſalm. CXLV. itidem Alphabeticus, obſervante & inculcante Capello: at nullum comma incipit à litera Nun, quicquid tollenone & bolide molitur Felix Pratenſis, ergo integer verſiculus omiſſus, quem habent LXX. interpretes. Subactiſſimus Criticus Lud. Capellus, eodem pruritu ac Faberrimus ille Faber, obſervat literas additas, omiſſas, mutatas, variarumque lectionum non decadas, ſed centurias, circiter 30000, cum cuncti Codicis S. verſus ſint modo 23206. Capelli Sequaces Walthon ac Conrin-

Capellus *Expulit elleboro morbum, bilemque meraco.*

Peccat in exceſſu.

ringius, quibus ſuccenturio Celeberrimum Iſacum Voſſium, hiulcas ſuſpenſaſque ſuggerunt lacunas, multa alia mutila latere ſanćte dejerant. Omnia hæc intricatiſſima penſiculatius ad examen revocent Linguarum Orientalium Anteſignani, cum nec milleſima antiſophiſtarum & θεολογȣμένων pars à nævis purgare & genuino pumice emollire poterit,

Nec noſtrum eſt, inter eos tantas componere lites.

Fallitur nihilominus gens puſionum veſticeps, & imæ altioriſque ſortis Clerus, ſimplexque Davus pro aris & focis quaſi contendens, ſe Codicem ſacrum adeo κατὰ πόδα probum, genuinum ac immaculatum, quam ſcripſerit Moſes, emolliverit Eſdra, ſubegerint tractaverintque cœteri Spiritus S. amanuenſes, poſſidere. Antoni gladios poſſent contemnere Cacozeli ac Μυρόβρεχοι, ſi ſic omnia æterna ſineret inſectorum grex lucifugus:

Ipſi Iudæi non diffitentur antiquitus exemplaria fuiſſe corrupta & ab Ezra iterum correcta.

fugus: verum tinearum haſce epulas variarum lectionum patinis ad nauſeam uſque indies vellicandas & comedendas propinant Critici ac Cimeliarchæ.

Quam multi tineas paſcunt blattaſque diſerti!
Et redimunt ſoli carmina docta coci!

Debemur tabidæ morti, quæ & ſaxis & nominibus venit, nos noſtraque. Si Orientalium linguarum periti ipſius Eſdræ M. Stum, Bononiæ religioſe hucuſque in ipſo Æternitatis gremio cuſtoditum; & Jurisperiti Pandectas Florentiæ in Mediceo Ducis Etruriæ gazophylacio (in quo captivus cum Heroibus concatenatis ætatem agere vellem) aſſervatas legerent & ad obruſſam ac trutinam revocarent, viderent præjudiciis vacui

Vide tamen Hotting. Theſ. Phil. p. 117, 512.

---- *quid diſtent æra Lupinis.*

Charitas & fides manſit, ſed linguæ mutatæ, libri corrupti, Prophetæ con-

1 Corint. XIII. §. 8.

conturbati, ſtyluſque acerrime & æſtuoſe convulſus. Sub Seleucidis, Antiochi Epiphanis ætate, aliiſque immaniſſimorum facinorum ſatellitibus, M. S. Librorum S. partem maximam flammis deletam conſtat: adeo ut Codex Maſorethicus nitore ſuo fuerit ſpoliatus, qui tamen integer differebat ab ipſo Moſis & Prophetarum αὐτογράφῳ. Codices omnes Scribarum erroribus, qui ut volucrum plumæ ad viſcatam adhærere ſolent virgam, non tantum ſquallent, ſed & variant nullis caſtigationibus ſanabiles. Variat Codex Hebræus & Occidentalis Bene Aſcher & Bene Nephtali Orientalis. Editio Bombergiana Joſuæ cap. XXI-35. omiſit duos verſiculos, quos habent Biblia Regia Plantini. In optima, genuina, pura, perſpicua ac polita probioris notæ editione quamplurima carpit notatque Capellus, ita ut quod multorum fugit imprudentiam, unius hominis repperit ſolertia.

adde Lib. IV. Eſdræ c. XIV.

Exod. II, 22. lacuna juxta Latinos. Eſ. IX, 5. 6. Ier. XXIII, 6. Pſal. XXII, 17. & XIX, 5. confer tamen Rom. X, 18.

lertia. Quis denique licitaturis pro Codice, Athiæ typis excuſo, cujus purpuræ pannum ſuum aſſuit Leuſden, ſpondere audeat eum typothetæ erratis nullis laborare. Nam præcedentes editiones, ad quas ſua Biblia contulit Judæus, proculdubio tot tantiſque deturpata ſunt lacunis, commatibus & punctis, ut ſi quis ea, & alia etiamnum in mendo cubantia, purgaret

Legant Apellæ & ad obruſſam revocent 1 Cor. XIII, 8. & Matt. V, 18. mors iis Apocal. c. XXII, 18.

Cogeret pallere & toto vinum neſcire Decembri.

Quot enim errores commiſerunt actuarii, Scribæ, Amanuenſes, librarii, & typographi, quorum incogitantia & infirmitate confuſa ſunt multa, ut à malo pupa culinæ jura liquoribus variis variegata. Deturpata etiam videbit multa vir perſpicax: ne difficiles reſcindendi reformandique nugas ſuppeditem, conſerto cap. VII. Nehemiæ cum cap. II. Eſdræ, quorum locis collatis, invenies decem contrarios in iis calcu-

câlculos in mendo cubare, quos niſi commiſſos Scribarum incuriâ dixeris, *ἀσύστατα* erunt: & hujus furſuris plura ſunt, quæ ex aſſe à contradictione ſarta tectaque præſtare nullus poterit Rabbi Gamaliel. 1 Chron. III, 6. numerantur bis Nogah & Eliphaz: vitioſe ut liquet ex cap. v. 2 Samuelis. 1 Chron. I, 17. omittuntur iſta: *Filii autem Aram*, quæ habentur Gen. x, 23. 1 Reg. IV, 25. Salomonis præſepia 40000. at 2 Chron. IX, 25. tantum 4000. 1 Chron. I, 36. Timnah *filius* Eliphaz, cum fuerit ejus pellex. Gen. XXXVI, 12. In ipſius Eſdræ, inculcante Capello, genealogia omittuntur ſex auctoris generationes, quas ipſe non omiſit ſcriptor. Adeo ut Sacer Codex non tam correctorum audacia, emendatorumque temerario auſu, nebulonum impoſtorumque ſacrilegio depravatus, quam actuariorum & typographorum *ἀβλεψίᾳ* & oſcitantia mutilus ſit:

ἐναντιοφανῶν medela.

ſic Gen. XLVI, 27. *cum Act.* VII.

Eſd. VII, 3. 1 *Chron.* VI, 7.

Quin & in N. T. *Luc.* III, 36.

quicquid ex φιλαυτίᾳ perſidenter & temere nimis ad raucam uſque ravim amice conſpirantium clamitet recutitorum grex,

Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

Quæ tamen errata nec ſcripturæ auctoritatem, nec fidem Doctorum labefactant. Ad populum equidem phaleras, cum palam mutire plebejo periculum & piaculum ſit. Judæi,
L. II. *c.* IX. quos *Chriſtianorum hoſtes* vocat Sozomenus, in multis auctoribus Chriſti acta eraſerunt. Luculentum iſtud de Soſpitatore noſtro teſtimo-
Lib. XVIII. *c.* 10. *antiq.* & L. VI, 3. & VII, 31 nium, Joſepho genuinum (inculcantibus Scaligero, Caſaubono, Calviſio & S. Petito) illinere auſi
Joſu mentio in Talmude Babyl. Edit. Venetæ. eraſa in Edit. Baſilienſi. fucre, quod facinus Patres apellis nunquam exprobrarunt, ita ut eorum ætate nimis tritum in omnibus M. S. corruſcans legebatur ab omnibus: Baronius nihilominus ſuppoſi-
Ad Ann. XXXIV. *n.* 221. tores hujus facinoris reos poſtulat atque dejerat recutitos. Audax tamen

men iſtud ſacrilegium defendit cum Salmaſio dedolator doloſus Tanaquillus Faber, qui recte tranſverſo calamo iſtud diluiſſe, & obelo tranſfixiſſe eos autumat: nimirum cum & ipſe ſpongia & litura emendet, ratus pia fraude ab Euſebio obtruſum, & ut putatitium & ſuppoſitum figmentum, Joſephi Φράσιν manifeſte reſpuens, ab omnibus poſſe dijudicari ac agnoſci. Verparum autem impoſturas agminatim proferunt Juſtinus *contra Tryphonem Judæum*, Tertullianus *contra Judæos*, Auguſtinus *de altercatione Eccleſiæ & Synagogæ* & Oratione *de quinque hæreſibus* nec non ad *Catechumenos*, Chryſoſtomus *orationibus quinque adverſus Judæos*, Gregorius Nyſſenus *de Trinitate contra Judæos*, Iſidorus Hiſpalenſis *contra nequitias Judæorum* & Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis *de ſuperſtitionibus Judæorum*. Gratias agamus Deo Opt. Max. quod Spiritus S. non totus re-

Faber tenebrio P. I. Epiſt. 44. *plura de Chriſto.* *Sueton. in Tiber. c.* 31. *Tertull. Apol. c.* 5. *Euſeb.* L. II. *c.* 5. *Oroſ.* L. VII, 4. *apud Lampridium Alexander Severus & Hadrianus cum colvêre. ad de Suidam in voce* Ἰησοῦς. *Macrob.* L. I. *c.* 4. *Saturn.* *Tacit.* L. V. *c.* 13. & L. VI. *c.* 2. *Virgil.* 4. *Eccl. Sybillina obvia.*

Judæorum impoſturæ.

Marcionitæ & plura corrupuêre.

ceſſerit à nobis, ſed vigilaverit ut ea, quæ faciūnt ad convincendos hæreticos, noſtramque ſalutem obtinendam, ſarta hucuſque & tecta reſervaverit, feſto profeſtoque die ea nobis colenda reliquerit. Quam facile denique linguæ genium ſuum ob puncta neglecta, & male locata varias peperit verſiones ſatis ſuperque conſtat ex Capelli *arcanis Punctationis*: quot quantaque σφάλματα crudi interpretes, quibus lingua iſtæc non erat vernacula, commiſerint ex Avenarii regulis, quomodo vox pro voce, & litera pro litera legatur, conjicere quiſque valet. Literæ ſonus & pronunciatio hodierna ob male punctata, Babylonicam ſapere videntur commixtionem. *Rex David ſi reviviſceret, ac in hodiernis Judæorum Synagogis Pſalmos legi aut cantari* (quos ad metra Horatiana componere tentavit in Lyra Davidis delirans ſenex, à Capello dudū enervatus & exſibilatus) *audi-*

audiret, ſciſcitaretur quânam lingua uterentur iſti homines, ait Varronis & Photii ævi noſtri genuinus heres & filius Iſacus Voſſius, hujus ætatis κεϱλικωτάτος celeberrimus, quorundam barbarie irritatus à Magnæ Britanniæ Rege lautis honoratus ſtipendiis. curent ingrati buccones ne exulantes Muſas undequavorſum commigraturas invitent congiariis ſuis Liberaliſſimi Caroli, Ludovici, Coſmi, & magni Archipalatini Atlantis Atlantes, pariter ac Ferdinandi, aliique æternitate digni Mæcenates, ſolidiſſimi elegantiorum ſtudiorum Antiſtites, omni obſequii gloria & honoris genere demerendi, & ad aras ſuſcipiendi. Deniquè verſiones Bibliorum meliores variis in locis habent lectiones, quam hodiernus Hebræus Codex. LXX. Senes tempore Ftolomæi Philadelphi, Ægypti Regis, Alexandriæ terſius M. S habuere à Judæis, utpote tum archivis religioſis, poſt Eſdram annis 200.

Conferto Maſium præf. in Joſuam. Pbilo L. II. *de vita Moſis, Joſeph.*

L. I. *Clem. Alex. L.* I. *Strom. Epiphan. de ponderib. & menſuris. nec non Ariſtæum Juſtin. Nov.* XLVI.

200. ante Chriſtum ferme trecentis: hinc eorum verſione uſi ſunt Apoſtoli loquentes ad Græcos, Chriſtiani & Proſelyti nec non Judæi Helleniſtæ, ut evincunt gemelli & paralleli loci. Non tamen ubique Act. VII, 43. *Babylonem.* LXX. interp. c. V, 27. Amos. *Damaſcum.* habuerunt etiam Codicem Hebræum à noſtro diverſum. Sic Marc. II, 26. Ἀβιάθας nunc 1 Sam. XXI, I. *Achimelech.* LXX. Seniores *Abimelech.* Sic Epheſ. c. V. ex Pſalm. LXVIII. *dedit*: ſic & Syriaca: Hebræa hodierna *accepiſti.* Melior verſio Prov. V, 16. *nec effundantur* μή. 1 Chron. XVIII, 6. omittuntur *præſidia*: nam ſic 2 Sam. VIII, 6. 1 Chron. I, 34. probe Θάμνα ἢ ἡ παλλακή. Pentateuchus Samaritanus differt & ab hodierno Hebræo codice. Gen. II, 2. *Perfecit Deus die ſeptimo*: Samarit. *die ſexto*: & ſic LXX. nam eodem die non creavit & ceſſavit omnipotens. Exod. XX, 10. Ipſi tamen corruperant

De vitiis Samarit. Hotting. Anti-Mor. Capell. L. III. *c.* 20.

rant Deut XXVII, 5. apud Joſephum. *L.* XIII. *c.* 6. *Antiq.*
Cum itaque ipſe Autographus Codex mendis turbatus ſit, qui ergo interpretationes & verſiones probæ forent? Chaldæus Paraphraſtes, Syrus, Hierochontinus, Aquila, Symmachus, Theodotion variis lectionibus decepti male interpretati ſunt. quas omnes verſiones ſi genuinas poſſideremus, non eo forent authenticæ, ſed ſolus maneret manebitque Codex Hebræus hodiernus, qui nullius laude creſcit, & nullius vituperatione minuitur, multis paraſangis dignitatis & auctoritatis cœteris prævalens. LXX. interpretes uſi ſunt exemplaribus Hebræis à noſtræ ætatis M. S. diſcrepantibus, ita tamen ut propterea Septuaginta-Viralem verſionem ſiniſtra opinione Hebræo codici hodierno tanquam probiorem melioremque opponere nulla ratio moveat. Ipſi enim LXX. quoad literas, vocales atque periodos male interpretati ſunt.

Interpretes minime θεόπνευστοι adeoque nec ἀναμάρτητοι.

Fuit aliquando probæ notæ, non tamen auctoritatis. tractu temporis injuriæ temporum, & impoſturæ Judæorum poſt Chriſtum Ptolomæi codex ante XIX. ſecula factus, æque obnoxius fuit ac Ciceronis, Petronii aliorumque ſcripta, carie etiamnum ſquallentia, & quaſi ſepiarum atramento contorta & confragoſa. Verſio hæc ab Herode poſtea procurata, & à Luciano Martyre An. CCXII. emendata, per ſequentes annorum Olympiadas deformata prodiit. Gen. XXXI, 7. δέκα μνῶν *decem minis*, fecit Scriba ἀμνῶν *agnos*. Mich. V, 6. ex ῥάνιες *guttulæ ſuper herbam*, fecit amanuenſis ἄρνες *agni ſuper gramen*. Jud. XIV, 8. *ex cadavere* leonis. LXX. *ex ore* pro σῶμα ſcripſerunt στόμα. Pſalm. CIV. Ἀλληλουΐα poſuerunt in principio pſalmi ſequentis. Pſal. LXXXVIII, 11. Jeſ. XXVI, 14. *num mortui* (gigantes infernales reſurgent Jeſ. XIV, 9.) *reſurgent*. LXX. ἢ Ἰατροί. *Medici non reſur-*

Iuſt. Martyr. Dial. cum Tryphone.

Ἀντιλογίαι ἐν ταῖς LXX. καθ' ὃ τοῦ Αὐθεντικοῦ.

Ut Gen. VIII, 5. *Eſa.* XXXVII, 21.

Ita Pſal. CVI. *cum pr.* CVII.

Conſule præter Scriptores obvios Doctiſſ. Vſſerium Capell. L. IV. 14. &

reſurgent die noviſſimo. Eſaiæ c. XXXVII, 21. Καὶ οὐκ ἦρας εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν εἰς τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. Quod iiſdem affirmative ponitur. 2 Reg. XIX, 21. Lolium, carduos, lappas atque tribulos exſtirpent D. le Moyne, Blancardus, Gronovius atque Berkelius. nam Leuſdeno, cui acies hebetior, in ſarriendis ſaxulis aqua hæret. In Libro Jobi multa omiſêre, Eſtheræ haud pauca addidere, adeo ut (ne verborum æſtu cucurbitas peponeſque natare prolixe probem) nunc & peſſimam duorum ſeptuaginta Senum, videamus verſionem, quæ tantis ſordet vitiis, ut eorum numerum nec Tarentinus Archytas,

Originem Ep. ad Iul. Afric. & Chamieri Panetratias Catholicas. Lib. XIII.

Quem maris & terræ numeroque
carentis arenæ

menſorem dixêre, ſuppeditare poſſet. Non ſolum Ἑλληνιζόντων Judæorum Synedrium, ſed & quicunque interpretes ejuſdem furſuris paleas immiſcuêre. Ita Italica, Vulgata Hiero-

ronymi, Hiſpanica, Diodati, Pagnini, Ariæ Montani, Oſiandri, Munſteri, Malvendæ, Caſtalionis, Junii & Tremellii, Piſcatoris, Lutheri, Genevenſium, Strigelii, Baudartii Buceri ac Revii nec non Walæi, & Mareſii ſcatent nævis: nimirum cum non fuerint θεόπνευστοι, ſed homines, quibus lingua haud erat vernacula, quorum nonnullos Bileami aſina promptitudine eloquii Hebræi vinceret, inter Latinos Pagnini tranſlatio optime reſpondet Codici genuino. Caſtalio teſtatur *ſummo otio, proſpera valetudine, & ſumma alacritate ſe elaboraſſe* interpretationem ſuam, hanc tamen *puerilem* vocat Alb. Gentilis, & auctorem *filium Satanæ* nuncupat Beza. Thuanus de eodem: *Impuras manus multorum judicio ad ſacra tractanda attulit, cum à rebus ad tantum opus neceſſariis erat imparatiſſimus.* delicias tamen hujus interpretationis, multicoloribus verborum violis vernantis,

Sebaſtianus Caſtalio.

Siniſtre de eo judicat & Samma thanus in Elog. Gallor. Lib. II. ad An. 1563. L. XXXVI.

nantis, mellifluas quondam non re- *Midæ*
ſpuit Celeber. Buxtorfius. *Perſpi-* *Marſyæ*
cue, pure, eleganter & fideliter ex- *ſtridorem*
primit, ait Celeb. Polus, *& magnas* *aſperum*
non raro difficultates verſione ſua fe- *libentius*
liciter ſolvit. Nulla verſio pluribus *audivit,*
ſordeſcit maculis, quam Vulgata, *quam A-*
quæ poſt emendationes Clementis *pollinis*
Octavi Pont. Max. & caſtigationes *dulciorem*
Eraſmi & Iſidori Clarii (plagiarii *ſtrepitum.*
alias ſceleſtiſſimi notante M. Polo) *A.* 1592.
etiamnum ſexcentis in locis ſolæciſ-
mis ſcatet. Hieronymi verſio, quæ *Bellarm.*
quondam omnium Judæorum * cal- *L.* II. *c.* 2.
culo optima, nunc æque adultera- *V.D. lege ſodes Sixt.*
ta, ac primi Hebræorum aut LXX. *Amam.*
ſenum genuini Codices. Quod ſi * *Auguſt.*
miſelli Sophiſtæ & Bardocuculli L. XV. c. 13. *de C. D.*
vertiginoſi Baudartii & ejuſdem ſo-
ciorum Scabroſam interpretatio-
nem erroribus vacuam dejerarent,
eos ad Anticyram relegarem. Bel-
gicam verſionem temerario auſu
juxta Junii & Tremellii datam,
Proceribus obtruſerunt, qui eam
non

non pro authentico textu ſed pro optima verſione haberi perſuadent. non jubent nec ſanciunt eam Hebræo anteferendam, alias Pontificiis veſpertilionibus deteriores forent, ſi hanc pro authentico legi edictis caviſſent. Tridentini concilii phalanges tunicam moleſtam minantur.

Alias anathema. ,, *Vulgata editio in publicis lectioni-*
,, *bus, diſputationibus, expoſitionibus*
,, *& prædicationibus pro authentica*
,, *habeator.*

> ---- *nugæ. non ſi quid turbida Roma*
> *Elevet accedas: examemve improbum in illa*
> *Expendas Trutina: nec te quæſiveris extra.*

Cui tamen codici citra teſtimonium Eccleſiæ, non magis credendum jubet Jeſuita Balæus, quam Tito Livio, Æſopi fabulis aut Alcorano. Quapropter vel latum unguem à Vulgata ſecedere ſummam religionem ducunt treſſes iſti Agaſones.

Balæus.

inter

inter Reformatos ſtipites meri, Declamatores practici vitilitigatoreſque extemporanei Belgicam verſionem genuinam & probe verſam, ex mente hominum ſcotomate percuſſorum, dejerant: interimque vel duo vel nemo, nemo ſaltem quoad Φεράσιν μὺ aut χεὺ aſſerere audet, Sanctæ linguæ claves poſſidet. Si τετραγράμματον nomen rogas quomodo legatur, reſpondent cum Galatino Jehoviſtæ *Jehovah*, contra inculpatam omnium ſeculorum conſuetudinem, cum ubique fere *Adonai* vel *Elohim* legendum ſit. Ita Judæis ſub æternæ condemnationis pœna interdicebatur hoc nomen uſurpare, non ob ſanctioris genii naturam, verum ob ſcandalum quo Deum afficerent hoc Jocoſi ritus nomine: Utque Theologiæ arcana altius callere viderentur Coccejum loquuntur perque ejus verba jurant ut filiorum lucis umbraculis inſigniti, greſſum ſuperbiorem glomerarent, interim

Conſule Capelli Orationem de SS. Dei nomine Tetragrammato, ac genuina ejus pronunciatione. Druſium contra Fullerum.

terim

terim altis obruti tenebris gregis caprum ſerviliter cæco brutalique ductu ſequuntur. Ut antecedentes P. C. Junium & Tremellium Dioſcuros (quos *plurimum æſtimandos & in primis interpretum ſubſelliis collocandos* monet M. Polus, Grotius *labores Junii non ſpernendos* aſſerit; quem tamen non ſecutus, *nullumque ab Apoſtolorum temporibus hactenus parem Theologum ullum vidiſſe ſeculum* Veronenſis Dynaſta intrepide teſtatur) utpote homines adeoque per incogitantiam crebro hallucinatos ſecuti ſunt, ita neoterici πνευματοφόροι novaturientium fatidicorum Patriarchæ veſtigia premunt, & tanquam ad inviolabile aſylum, pernitioſa ambitione & procaci faſtuoſoque faſcino dementati, confugiunt. Ex unius ſcriptis veritatem ſine examine inveſtigare & amplecti, factionis & dementiæ eſt. Multi criſin negligunt, & febre Attica perciti, oſſa atque pelles miſera macie de-

Act. XVII, II. *Legant præter obvios. Burmanni præf. over de Wit & Mommæ famigratiſſimi jam* ἐν ἁγίοις *Præf. Æcon. Patriarch.*

deturpata ructant, dum (monet enim Mareſius *ut talia proferant, quæ indocti capiunt, & quo docti capiantur:* nec ſuam invidemus Cyprio bovi merendam, ita ut & acipenſerem ſuum papavere & ſeſamo conditum habeant Apicii Nomentanorique) meræ praxi agglutinantur ut lanæ pix atra, & ſic per vitam fœnum eſſe aut fame ſaginari debent. A cunis ultra ſemitam ſapiunt modo, tandem ſuffeni, præjudiciiſque occœcati umbone defendunt, familias diſſentientes, hi larem Voëtii, Præciſiſtarum Anteſignani, hi domum Cocceji tenellorum nutriculæ vatum protegentes, interim Bileami Aſinâ indoctiores, cruda ſtudia in Eccleſiam propellunt, ſcanduntque invidioſum, & periculoſum ſublimeque faſtigium, quod necdum meruêre δημογόργωνες.

Danturconciones ad Clerum & ad Apuliæ incolas.

En quo diſcriminis fratres Perduxit miſeros.

Fronte ſub adverſa gradibus ſublime tribunal
Tollitur Antiſtes, prædicat unde Deum.

Au-

Authenticum codicem dum tractant, expoſitiones humaniores negligunt, belgicamque verſionem per uſum authenticam reddunt, & tumido faſtu anteferunt Hebræo Codici, quem αὐθεντικώτερον Hagæ inter bellorum exuvias, curiæ trophæa, aſſervari anhelent. Hæc innoxia libertate dicta ſunto; nec enim exiſtimationis noſtræ periculo veritatem, quæ odium parere ſolet, infucatam proferre audeo. De Plagiariorum furtis, Sectariorumque inerudita cœcitate, antiquis noviſque conjecturis pariter ac ſcriptis, quæ indies luci exponuntur, ne ſtulta clementia videretur chartis parcere,

Legant ſibique applicent Hoſ. IV, 6. 7. 8.

Quantaque diverſæ producant agmina ſectæ

Sigillatim in Propylæo *Libri primi de Proſt. Veter.* Nec enim πνδυματοφόρους θεατρίζειν conſtitui, verum in libera patria (ipſi enim Pontifices aliique in interpretatione Vulgata vitia

vitia næniaſque tollere conati fuêre) pede libero in Reipublicæ & Eccleſiæ emolumentum quædam monere, nullum piaculum aut religionem exiſtimo. Nec *deploratiſſima nunc ſunt tempora, ut nec dicere cuiquam liceat, quod ſentiat; nec ſentire quod debeat.* Si Hierophanta vel Μυστα-γωγος eſſem, multa ἔξω θεῶ ſuppeditare poſſem, aſt nunc Hemi-Theologus circa τ ἄμβωνα luctator. Utinam ipſi probe docteque interpretationem hanc depexam darent. Verùm proh ſeculum! *Quis cæcus eſt hodie niſi ſervus Domini. Ubi ſapiens! ubi ſcriba! nonne infatuavit Deus ſapientiam hujus mundi?* Aſteriſci notis multa notavit Six. Amama, & inter alios, qui mihi nunc ad manus eſt, ſuccenturiatur Φιλαλη-θέστατος Burmannus. Gen. I. com. 30. *Maer alle gedierte, &c. heb ick al 't groen kruyt tot ſpijſe gegeven.* ſic legendum monet. *En alle gedierte, &c. met al 't groen kruyt (heb ick u lieden gege-*

Seldenus caſtigat ſubinde Angl. Verſion. in Lib. de Synedriis.

Eſ. XLII, 19.

I *Cor.* II, 19.

Cap. I. *over de Wet.*

§. 29. *Gen.* IX, 3. *Pſ.* CIV, 14.

§. 29. 30.

gegeven) tot ſpijſe. Deus enim olera non brutis, ſed hominibus conceſſit, his herbas, illis gramen. Eadem proculdubio ſeductrice chorda oberravit, falſoque tibicine niſus fuit Curcellæus. longe plures nænias & παρεγχειρήματα hujus furſuris in privatis collegiis monuit vir doctus, Patreſque C. hallucinatos & cœſpitaſſe ſæpiſſime in cathedra cothurnata probavit, ſicut auritus propriis hauſi auribus. In templo autem ea monere & movere religio foret, nam popello ſi hæc revelares, ſine fruge neceſſaria, & forſan non ſine damnoſa conſequentia, malum bene poſitum removeres. aliquot abhinc annis ter & ſæpius è Viro famigeratiſſimo, librorum gurgite, qui digitis & aure callet legitimum verborum ſonum, cui dedit

Lev. XIX, 14. Ante cæcum non pones offendiculum.

- - - - Centum Deus ora ſonantia linguis
Ingeniumque capax totumque Helicona,

multa

multa palimpſeſtis annotavi, cui indagatori *κελικοπάτῳ* Sagaciſſimo, & Ariſtarcho literatiſſimo ut accedam nulla repugnat ratio. Nec jam gloſſemata, quæ laciniæ inſtar ad purpuram, & nœniæ ad grave carmen ſuſpexêre, nec Orthographiæ nœvos ſuppeditabo (*διττογραφίας* vanaſque lectiones ne ſedulo inquirem, admonet exigua vitæ mortaliũ portio, & non intellecta obrepens ſenectus) verum ne *Rhodum hic, hic & Saltum* clamitet bardocucullus, vola & veſtigio probabo, nodoſque multos in breviorem mittam gyrum, ut è fimbria de textu judicare poſſis. furſuris gerras non mordaci vero radam, ſed tranſverſo ſtylo notam culpæ illinam, dum interpretes, qui ſe ultro obtulêre, peritiamque linguæ ſanctæ profeſſi ſunt, interimque rei, extra ingenii ſui vim ſitæ, immiſcuêre, culpâ carere nequeant. Gen. 11, 3. *om te volmaken.* corrige *door het te volmaken.* faciendo non ad fa-

Non quæſtio de lana caprina ſed verba & voces Criticorum Ædilibus relicta ſunto.

Problemata doctorum συζητοῦσι ſubjecta, *unice collimantia, ut majori apparatu ad Philologica ſe ornent ſacris devoti.*

A. 1618. *incepta aſt impreſſa* 1637. *Leydæ.*

ad faciendum: id eſt faciens creavit. c. II, 5. *daer en was geen menſch geweeſt.* dele *geweeſt.* c. II, 6. *maer een damp was opgegaen.* lege *nochte daer en was geen damp opgegaen.* ejuſdem furfuris innumera. c. II, 7. *hadde geformeert.* lege *ende doe ſchiep.* c. III, 6. ad arborem noſtram paulo accuratius. *jae een boom die begeerlijck was om verſtandigh te maken.* ad dandum intellectum. peſſime. Nec enim. *Urim* & *Thummim* inſtar in Ephod Aaronis aſpicientes doctiores reddebat. melius Pagninus: *ad intelligendum.* Syriaca & Vulgata, *aſpectu delectabile.* & Vatablus cum Stephano, *Vox Hebræa* LEHASKIL *hoc loco potius ſignificat contemplari, debetque ſic verti, ad contemplandum deſiderabilis.* melius Pſ. XXXVI. §. IV. *hy laet nae te verſtaen.* „Chald. Onkelos. *Et vidit mulier* „*quod bona eſſet ad veſcendum & quod* „*ſalutifera eſſet oculis & delectabilis* „*arbor ad intuendum in eam.* Gen. IV, 7.

Male & hic Pagninus.

Erravit & hic Fagius.

Ubi tamen male Junius erudire.

iv, 7. *verhooginge.* lege. *vergevinge.* Multa in c xxxii.
ibidem. *ghy ſult over hem heerſchen.* & xxxiii.
lege. *hy heerſt.* Num. xix, 15. *oock* Deutr.
alle open gereetſchap, daer geen deckſel op gebonden is. quæ ſodes interpretatio! corrige. *Oock alle vat daer geen overſtelpent deckſel op is.* Ita Onkelos: pocula enim & pyxides differunt ab ollis. febriculoſæ eruditionis commata ſine fine. Deutr. xxxii, 5. totum turbatum eſt. lege. *is by hem bederven? neen. ſijner kinderen is de faute.* ita verſio Hiſpanica Kimchi. Deutr. xxxiii, 3. *ſy ſullen in het midden tuſſchen uwe* Non tam ad Ari-
voeten geſet werden. lege. *ghy bent* ſtophanis
in 't midden van haer doorgegaen. quam ad Cleantis
ibid. com. 4. involvatur hoc comma elucubrat. a
parentheſi. alias Moſes videretur Lucernam.
fuiſſe Rex in Jeſchurun. quod ta- Zeph. iii,
men in notulis affirmant interpre- 15.
tes, Moſique applicant. o vertiginem! Moſes nunquam fuit Rex, ſed Deus fuit Rex ejus populi. com. 6. ejuſd. capitis *van getale.* lege. *on-*

telbaer. ibid. com. 19. *ſullen roepen*. lege. *de roepen*. cuncta juxta Junium & Tremellium, doctius autem Pagninus. Job. XIX, 27. *mijne nieren verlangen*. lege. *ſchoon mijne nieren vergaen in mijn ſchoot*. Pſal. LVIII, 4. *vervreemt*. melius ad genium noſtræ linguæ *verbaſtert*. verum hujus commatis ſexcenta. ἀλλὰ γὰρ ἕκαστα συγγράφειν οὐκ εὐχερές. Nudius ſeptimus intempeſtiva ſapientia in circulis Græculus mihi cerebrum excutiebat, dum pro aris & focis propugnabat ob famem ſedandam furari haud fuiſſe vetitum. idque ex cap. VI. com. 30. Proverb. adſtruere nitebatur.

Hæc omnia vir doctus mihi demonſtravit, ne tanquam cæcum de coloribus me judicare putes.

Obſtupuere ſilentes
Converſique oculos inter ſe atque ora tenebant.

verba textus ſic ſe habent. *men doet*. Merceri opinionem ſecuti. verum enim vero obſtat ratio naturalis, forumque poli, in quo ſcelera mente metiuntur, animo & furtum commit-

Furto gaudium famelico gutturi creare in foro poli & ſoli vetitum.

mittitur, ſed & cap. 11. §. 26. Jeremiæ, jus faſque omnium moratiorum gentium repugnat. Lege itaque *doetmen?* hominibus perpetua egeſtate ſordeſcentibus mors equidem ſolatium, & vita ſupplicium; nihilominus Reſpublica neminem fame animam agere ſinet, nec in ulla Chriſtianorum urbe auditur ſceleſtiſſima ſenis avari vox apud Comicum,

Παρέξεργως ἐν παρόδῳ pro chartæ anguſtia.

De mendico male meretur, qui ei dat, quod edat:
Nam & illud, quod dat, perdit: & illi producit vitam ad miſeriam.

Cant. IV, 1. *gras afſcheeren.* lege. *die van Ghilhad afblincken.* Pagninus *quæ aſpiciunt de monte:* id eſt nitent & fulgent. Ezech. VIII, 17. *wijnrancken.* lege. *ſtanck.* crepitum. Pagninus *mittunt fœtorem ad nares ſuas.* c. XVII, 5. *met groote voorſichtigheyt.* Quin imo maxima imprudentia ipſimet P. C. hallucinati ſunt. lege: *hy plantede het als een willigen-*

 boom

boom by vele wateren. Interpretationum divortia in gloſſis marginalibus locant, atque & hanc emendationem obſervant; verùm quis Oedipus ex tanta verborum congerie verum genuinumque elicere poſſet ſenſum: in ipſo textu inſeruiſſent ut Anglici interpretes. Zeph. 11, 2. *eer het beſluydt baere (gelijk kaf gaet de dagh voorby.* melius: *eer het beſluydt gebaert werdt*, vel potius *voorkome, eer de dagh voorby gae als kaf.* deliteſcunt plura, quæ ſubactiſſimus vir ex tempore recenſere haud valeret. quam crebro *Heere Heere* cum verti debeat *Heere Godt. de Heere Heere der heyrſcharen*, lege: *de heerſcher Heere der heyrſcharen.* Solæciſmi longe plures ſubodorabitur linguæ S. initiatus. Ego nec dulces Permeſſidos undas hauſi, nec è fonte Hebræo labra prolui, adeoque ἀντικρίσιν inſtituere vel ſerram contentionis reciprocare haud in animum induxi dum laureolam in iſto

non

non quæram muſtaceo, ne ſine ſpe prædæ morari in ſcopulo videar. interim

Credite me vobis folium recitare Sybillæ.

Vacillat auctoris auctoritas, ita tamen ut ſummi viri pondere ſerta ac ſtabilita maneat.

Ardelionum vitam otioſam emendare volo, ut authenticæ lectioni magis vacent, nocte & die litent ſedulo contuli autem omnia cum Sanctis Pagnini Hebræi (miror hunc Leonis x. hortatu, qui Sacras paginas *fabulas* dejerare ſolebat, inductum ut acuto ingenio doctam verſionem meditaretur) accurata interpretatione, & cum iis auctoribus, quos in ſuffragium vocavi. Magnis hunc encomiis extollunt Erpenius & Sixt. Amama. Verſionem ejus *fidam, maxime literalem, ſingulari judicio atque peritia concinnatam docti fere omnes conſentiunt*, ait verſatiſſimus D. Polus. Verum cum ab impudentioribus Papolatris pro Hæretico exſibilatur, ideo ejus verſionem in aliis editionibus interpolavit

A. 1513.

Dormivit Job. v, 1,

Arias Montanus. Plura movere poſſem, ne tamen hæc diſſertatio digreſſionibus tumefiat, parcam iis; ita tamen ut immota Triumvirorum vel ſaltem Dioſcurorum, ſententia ſartaque maneat, Codicem Hebræum (integrum licet) turbatum, omneſq; interpretationes vitiis ſquallere. Concludimus itaque benedictionem *Creſcite & multiplicamini*, quod palmarium & Achilleum in nos vibrari poſſet telum, fugitivo loco per incogitantiam Scribarum ſecundorum vel ſequentium eſſe inſertum.

Quæſtionis cardo.

§. XX. Tandem ſubiit mirari, quid parentes omnium primi crepundiis ſuis feciſſent, ſi nullus earum fuiſſet uſus in innocentiæ integritatiſque ſtatu. Verum enim vero, ſepoſitis Prædeſtinationis & liberi arbitrii arcanis, nonne potuiſſet Deus totum hominum genus ex terra procreaſſe, ut ab iis ſicut Angelis tantum glorificaretur. Seraphini & Cherubini, cum humanam aſſumpſerant

rant naturam, etiam hiſce membris præditi dicuntur, dum *pedes*, *indecoras corporis partes*, id eſt, pudenda & obſcœna, ut apud Martialem, alis leguntur velaſſe, qua forma & nobis depictos exhibet Villalpandus. Potuiſſet & Deus concubitum immaculatum iis permiſiſſe, ut ſalva mentis animique virginitate feciſſent & peperiſſent. Nec tamen omnis ſcrupulus videtur ſublatus, ubi legimus Evam cœpiſſe fructum, eumque *comediſſe* & *dediſſe* viro. Sed quis adeo in ſacris literis peregrinus hoſpes, qui ignorat prætextata ac nupta verba per εὐφημισμὸν exprimi. Dare eſt verbum ex intima Elephantidis cella. Vir concubitum dicitur *dare* apud Moſen, ut apud Paulum mulier *retinere*. Proſtibula titulis ſuis inſcribebant *Hebu Kalōn!* clamabantque *date ignominiam* apud Hoſeam: *quod pudor vetat eloqui* ait Chaldæus. Acutus Epigrammatum ſcriptor mirifice ludit in hac voce.

1 Cor. XII, 23. *Jeſ.* VII, 20. *Eſ.* VI, 2. *Ezech.* XVI, 25. *Mart.* L. X. Ep. 81.

Gen. III, 6.

L. I. c. 5. *de Proſt. Veter.*

Num. V, 20. *Rom.* IX, 10.

Hoſ. IV, 18.

L. II, 25. 49, 56.

de

L. III, 89. L. XVII, 74. de Galli cujuſdam uxore, quæ ſolebat & mercedem & corpus *dare.* de Galla deformi, quæ ſui copiam *dabat*, ſed non mercedem, & de Phyllide ſe duobus *daturam* promittente, de Cœlia Batavis Cattiſve nota, L. VII, 29. L. IX, 32. L. X, 81. quæ inclinata quadrupes quatuor pluresque cujuſque nationis admitteret equites.

Das Cattis, das Germanis, das Cœlia Dacis,
Nec Cilicum ſpernis, Cappadocumque thoros.

Et alibi.

L. XI, 105. *Pædicare negas? dabat hoc Cornelia Graccho.*

Obſervat & hanc vocem amorum Pœdagogus

Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen eſſe rogatæ.

Ita apud Propertium *nox data.* Petronio *pœnas dare.* adde Ciceronis C. VIII. effatum de Cæſaris pudicitia in contubernio Nicomedis apud Tranquillum. Martialis memoratus

--- *non*

---- non ſolet illa
Accipere omnino: quid ſolet ergo? dare.

Apud Arbitrum nihilominus *dandi* verbo reſpondet *accipere. Vetui quemquam in hoc diverſorio hodie admitti, ut remedium tertianæ ſine interpellatione à vobis acciperem.* Ita *edere, comedere, devorare, manducare* de Re *Venerea* paſſim apud Latinos, quæ in unum coadunarunt Val. Acidalius, Douſa ac Gruterus. apud Hebræos & *comedere* pro adulterari. Prov. c. xx. §. 17. & c. xxx. §. 20. Ita & panis (ut hic fructus) occultus pro Venere furtiva Prov. IX, 17.

Ut nec dent oſcula rapta ſonum.

Ut autem *frui* καταχρηστικῶς de Ἀφροδίτης arcanis, ita & fructus pro uteri liberis ipſaque delectationis patratione & γαργαλίζειν ſumuntur. aliaque innumera, quorum catalogum texere ſuperſedeo. Faſtidium præſtat enim quod ſatiat. de argumentis in aciem ordine eductis ſatis ſuper- Pſal. CXXXII. §. 11. & CXXXVII. §. 3. Thr. II, 20. Luc. I, 42.

ſuperque actum judico, ita ut arbitrariis & cerebroſis ſciens parcam additamentis,

Ne te forte meæ gravis urat ſarcina chartæ.

Argumentorum veriſſimorum radios non tantum trans vela & tectoria emicare emiſſitiis bene vaſati videbunt oculis, ſed & præjudiciorum velo & faſcino dementati, vitæ curriculum non indiligenter multotieſque penſitantes obſervabunt, quo ingeniti ſceleris pruritu magis miſelli homunciones catervatim incitemur, ita ut confidam problematis noſtri cauſas, non παρεγχειρήματα nec τεχνάσματα ſine ratiocinio & fundamine à me prolata exſibilaturos, imo quotquot verum didicêre & ſentire & loqui mihi acceſſuros facile fidem habeam: naſutis cothurnatæque cathedræ Præſulibus, prout ſub acumen ſtyli veniebant, hæc promulſidaria in anticænium ex puteo Democriti deprompſi. ſolli-

cita

cita nihilominus Dupondiorum obſtupidorum fæx, quos fricti ciceris & nucis & ſcrutorum emptoribus comparare ſoleo, ogganniet & concuſſam per urbem clamitabit, aliquid ex Africa monſtri: verum nec lumen cœco, nec ſermonem ſurdo nec ſapientiam bruto propinare conſtitui. Me tantum raris & quidem Atticis juvat auribus placere & probari. Nunquam animum induxi populari auræ placere, noveram enim probroſam eſſe Majeſtatem, quæ ſe populi erroribus tuetur, noveram funeſtum dirumque multis fuiſſe populi favorem, quem fatalem ingeniorum ſcabiem nuncupare ſoleo. Amaricum fugitat & unguentum porcus: nam ſetigeris ſuibus acre venenum eſt. Plura habemus in paſceolo, reſiduaque alia in penu, verum

Ex Curculione Elephantem faciunt Aſinarii nepotes, & Maſtiges; quos abire morboneam jubeo.

Non imperavi egomet mihi, Omnia aſſentari.

Imbecillia ſe lædi putant ſi tangantur.

Qui bene latuit, bene vixit.

Armenta irritare ſtultorum eſt, cum per impetum cornu feriant, & graviſſi-

Verſipellem eſſe convenit hominem pectus cui ſapit.

viſſimos eſſe morſus irritatæ neceſſitatis ipſosmet Iſſacharos,

Curva quibus pullum ſubnectit fibula veſtem

haud latet. Phariſaicum palliatorum mendicabulorum ſupercilium non pluris facio, quam muſcarum murmur elephas. Plerique mortales ad judicandum juſto pollent judicio, verum ad dilanianda aliorum ſcripta omnibus ardet animus. Non poſſum non præterire inſignem oſcitantium quorundam ſtuporem, qui Literaturam, in jure Antiquitates, Jus Publicum Politicamque, aliaque humaniora, tanquam ſtudia infra pecuniam detruſa, negligunt, in eorumque cultores atram evomunt loliginem. proh pudor! vos Meduſæ capita *date alienis recreationibus veniam, ut & veſtris impetrari poſſitis*. Maxima Sudioſorum pars amœnitates quærimus, his tamen magna vitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota

aliud

aliud agentibus. Aurigandi ſtudio detinentur & majoribus impenſis equos caneſque ſuos erudiri, Megarenſium more, cupiunt quam ſemet. Sybaritarum cacoëthe perciti bona dant præſepibus, rotatiles cataſtropharum gyros pariter ac aleatorium plus ſatis calefaciunt forum. Combibonum collegia, crepitantium fritillorum teſſerarumque competitiones anteferunt exercitiis Academicis.

O Medici! mediam capitis pertundite venam!

Stimulantis hujus peccati urtica præcipue tetigit hoſce Palladis Minervæque nepotes. Armata Venus ad Palladem apud Auſonium.

Titillatio, quam ſenſum ſextum *vocat* J. C. Vaninus *Dial.* 48. *Studioſos vexat, quia calidiſsimi ſunt & humidiſſimi. ait. ibid. pag.* 219.

---- Quid me galeata laceſſis?
Vincere ſi poſſum nuda, quid arma gerens?
---- Armatam tu me, temeraria, temnis
Quæ quo te vici tempore, nuda fui?

Cantant, ſaltant, ludunt, jubam quaſſant ſimulatam, quaſi equi acti de præſepibus, ut teneræ Cypridis arę litare poſſent. Scortillorum blanditiis irretiti, præter propter vitam vivunt, nec domi nec militiæ ſunt. horum cogitationes intra muros, domos & templa graſſantur, ſubando caligantes feneſtras, cubilia tectaque perrumpunt, idque ut pene ſoluto indomitam rabiem ſedare valeant. Eunt huc, hinc illuc, & cum illuc ventum eſt, ire illinc lubet. Si domi ſint, foris eſt animus, ſin foris, animus domi eſt. Vagi certum haud tenentes præſepe, confluunt ad Mimos, Sanniones, lymphatos denique & cerritos. Diverſoriorum pernicies macellique barathra ubi animam debent, vorſuramque ſolvunt, ad ſtudia, quaſi æris alieni emplaſtra, ſe conferunt. Mox receptis cambiis,

Anima magis eſt ubi amat, quam ubi animat.

Audentes forſque Venuſque juvat.

Tum

Tum omnes ferias, præter eſuriales, obſervant, quæque puella iis facit ingenium. ex feſſa in recententem ſubinde tranſultant deſultorii equam (vos D. Studioſi, pace προλυτῶν dixerim, ipſimet *aequi* eſtote judices)

Una contentum pudeat me vivere amica

Hoc ſi crimen erit, crimen amoris erit.

Eja! euge! beate! Sed quis pudor aut metus aut legum reverentia! Sub mantelo religionis (cujus obtutu apud omnes gentes, & etiamnum apud quaſcunque ſectas, nihil unquam vulgarius & impudicis deſtinationibus vellicandis tutius) venantur in templo puellas, ubi Venus vagari & Charites miniſtrari diceres. Dira ambitioſæ famis libidine agitati, per cancellos baſia jactant, tranſeuntium virginum pedes diligenter & lente, Theoranio mercatorum mangonum more, con-

ſiderant, manum in obſcœnum modum formatam porrigunt Nymphis, offerunt & notant domicellas, earumque latus digitis vellunt, pedemque pede tangunt. Cum eorum caro mellifluo calore & rore fluit, tum tenero cum Amorum pœdagogo opem implorant ſaucii:

Tunc ego te cupiam dominæ tetigiſſe papillas,
Et lævam tunicis inſeruiſſe manum.

Ipſæque puellæ emiſſitiis è longinquo oculis annuunt, nutos conferunt loquaces, abduntque blanda verba notis, melle lepore & ſale compoſitis, quaſi in foro pila ludens datatim dat ſe, alii adnutat, alienum tenet, aliique pervellit pedem: quas furtivas loquacis vultus notas docet Naſo.

Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam,
Verba leges digitis, verba notata mero.

Flexæ

Flexæ harum comæ recreant juvenum animos, corruſcanti rore rigantes genæ tentos reddunt aſpectores. Quibusne denſim ſingultibus, delicata graduum moderatione glomerantes, intra pectoris larem effantur gannientis Veſtalis effatum?

Felices nuptæ! moriar niſi nubere dulce eſt.

In hunc enim, unice loquacis vultus & oculorum tremulorum, quaſi priapulis victitantium, aviditas finem collimat, ut ſponſalia de *Fututuro* contrahantur. Quæ cum parcos Dei cultores & infrequentes haud lateant, nihilominus Aſurii onagri, Cybelis alumni, & Sileni ephippia, larvæ umbratiles, nocturni lemures, cum Timone ringuntur intra orcheſtram, meque conviciis dilacerant, quod prætextatis (O ſtipites! ſunt verba *neceſſitatis* ſcapham ſcapham, ligonem ligonem Romana ſimplicitas vocare ſolet

& debet) ſalaces eorum nequitias execratus fuerim dictis.

Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.

Dum æmulari ipſis haud liceat aut datum eſt, invident, nullique parcunt quam ſibi, meque præcipue portentis mendaciorum nugis leſêre. Plures interim inveni patronos, quam Thebæ portas. Et cum homo ebriatus ſomno ſanari ſoleat, nonne rabiem & phreniticum furorem æquo tollerem animo, cum maledicta oratione vulnerari vix ſoleam, latratuſque minutorum catellorum ſecurus exaudiam. *Cum pare contendere anceps eſt, cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum, adeoque perferendum & obdurandum.* Quicquid hiſce Lucanicis dixeris, oleum & operam perdes. Pace veſtra liceat dixiſſe, *laves me* (ait Apuleji Aſinus) *licet & comas, novi ego quæ ſit mater mea.* Nam è carceribus dimiſſi cothurnata

nata per Academiæ pulpita levi ſocco, tanquam canes è Nilo bibentes, currunt & abeunt. Ne tamen ad Agnatos gentileſque eſſent reducendi, non tantum ad imi, ſed nullius ſubſellii bidental delabuntur Ixionis hi nepotuli: Tandem ad madidas tabernas & fumificas in culinas migrant, obſcœnaſque per vitam humili ſermone compotatiunculas frequentantur.

Veſcatur Siliquis, fruges qui ſpernit opimos.

Nulla virtute à vitiis redemti extramuranea adeunt receptacula, ut ibidem cum Ambubajis, buſtuariis, Schœniculis, cetariis, olitoriis & diobolaribus, quibus nec cophinus, cimex, lodix, aut nudi grabati ſupereſt ſponda; ſocio motu lumbos movere poſſent. hi ſunt, qui me biſulca occidunt lingua. Nec enim ipſe eos pipulo defero; verum ipſimet udis labellis in ſceleribus gloriantur cum Proculo.

--- *Alea*

- - - - Alea turpis
Turpe & adulterium mediocribus: hæc eadem illi
Omnia cum faciunt, hilares nitidique vocantur.

Dantur nihilominus præter Peribomios hos Æmilii Scauri, Encolpii & Catones, qui plebejæ Veneris vocabulis acerbas aures imbui deteſtantur, & interim eorum virtutes mero incaleſcunt, vel clanculum tota luce inter fœmineas cathedras ſegniter torpeſcunt, & in earum gratiam genua prenſant, patiuntur ſe ſoleâ rubra objurgari, titionibuſque pingi, & longa fuligine perfrici, ſic ſe totos penicillo, Satyrio tincto, opprimi. Quoties in cymba à Veneris nepotulo, vel extra eam ab Helciario mentio fit de uſu formoſarum, tam vehementer excandent Socratici cinœdi, ficti Scauri, trepidi Stoicidæ, fucatæ Laroniæ, aliique hypocritæ, ut ſi quis eos intueatur, diceret aliquos ex Eſſenis, interim

rim moribus probi, obſcœne vivunt. Sed quid multis ingrata, eaque unicuique, cui emuncta tantiſper naris, nec pepo plane pro corde fuerit, nota revolvo. Piſtrinum hoc Lugdunenſe, & Hagienſis Sylva, parietibus ſepta, furioſa Rivalium æmulatione, & libidine opum populatore detritum, ſatis ſuperque docet, raporum arva & rapinarum agros iſiciis eſſe ferruminandos. Rapenburgh.

Namque eadem ſummis pariter minimiſque libido eſt.
Nec melior pedibus ſilicem quæ conterit atrum
Quam quæ longorum vehitur cervice Syrorum.

Quid ergo examina Juvenum & Vatum, pavens quaſi damula, extimeſcerem? Quid itaque & Ariſtarchum aut Zoilum, κιώτερον Cynulcum aut Orbilium, Vallam aut Ithyphallicum Scioppium aut Robortellum vererer? Luctentur quicquid velint dementes. Facilius eſt μωμεῖσθαι

quam μιμεῖσθαι. Fateor & purpureum oſtrum honeſtiorem aut turpiorem quemvis facere: verum enim vero, plerumque Vitellii ac Caninii Galli & L. Beſtiæ naſciſcuntur Caligulam patronum, qui corruptis ſuffragiis vel ambitu evehuntur ad ſublime Puteal, interque ipſa Decurionum ſubſellia, cum Apuleji aſino, munera ſubeunt. O Domine libera me ab iis, qui unicum per vitam legêre codicem, iiſque me ſubduc judicibus, qui pede quam conſilio proprio ſuccenturiantur aſſeſſori: tum nec Momum nec Mimum, Heraclitum, aut Democritum, Argum aut Briarëum verebor, nec enim,

Qui adeo vecors fuit, ut equum ſuum Conſulem P. R. deſignaret apud Tranquil.

Falſus honor juvat, aut mendax
infamia terret.

Vos interim Initiati, dilecti, amici ac fautores quibus ſolis rationem otii mei reddere volui, (non ut decempedâ tumidum Antimachum aut Colophonium Didymum, ſed

lineam

lineam xx. punctis coadunatam, & ſi velitis calcem ſine arena, acetabulo metimini) utpote Deliaci pallida ora uncaſque execrantes manus, non læva ſed æqua cogitate mente, me hæc omnia, quæ *liquere* vix dicetis, ſic *arbitrari.* Nolo enim ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν.

Πολλάκι καὶ κηπουρὸς ἀνὴρ μάλα
καίριον εἶπεν.

Explicit.

PIA MEDITATIO

Cum propria conſcientia contra mundi illecebras Theſſalarum Magarum faſcinationibus veneneſiores.

Tu qui ſis, Te ipſum interroga, nec conſcientiam neglige.

Cum autem ingeniti hujus morbi impetum ter quaterquè revolvere, inopia ſit, placidi autem nefas virus perpendere & noſce magna ſalutis noſtræ ſit portio; ideo flexo humi genu, meroque pede à vitæ ſaluriſque auctore flagitemus, ut occultum & imperſcrutabile hoc peccatum declinandi mentem, ad cognitionem veritatis & propriæ confeſſionis teſtimonium intelligentem ducat. In faciem procidamus atque in terram proſternamus, & geniculis per perpetuum vitæ Sabbathum,

bathum, adoramus Chriſtum, ut mentem armatam doceat pellere mundi illecebras, utque divina regenerationis gratiâ in nobis miſeris ſcintillas antiquæ eruginis ſuffocet Spiritus S. deprecamur. Cum Dominicum lætitiæ diem agimus Stationarii, erecto corpore & capite humiliter modeſteque inclinato puras manus explicemus, elevamus, & cum modeſtia & humilitate eas ad cœlos attollamus, nec ſine reverentia ad Orientem & altaria irrumpamus, ne magis ad Divinæ iræ phiolas exacerbandas quam placandas in Proſeuchis concurriſſe videamur. Non autem cum Auguſtino magis ſatiatam quam

exſtinctam petamus voluptatem; ſed cum D. Paulo, ut ſtimulos enervet, corpuſque domet, & ἀπόθεσιν καὶ ἀπέκδυσιν impertiri dignetur perennis ille caſtitatis fons. Agedum ne cum Saule deſperemus, ſed cum Petro flentes veniam imploremus: nec cum Caino è conſpectu Dei aufugiamus, ſed pudore ſuffuſi cum Magdalena poſt *Jeſu* (ad cujus perſonæ nobiliſſimæ memoriam caput flectamus) Chriſti terga, judicem equidem, ſed & patronum noſtrum invocamus: denique cum Zachæo publicano ac Prudentio Clementi anteactæ protervitatis & petulantis laſciviæ pudeat pigeatque. commiſſa

pia-

piacula nec in ſeram noctem differamus, verum de novo cum Jobo pactum cum oculis noſtris ineamus, ne per diem incurramus in tenebras, & quotidianarum illecebrarum παθήματα tot μαθήματα conſideremus. Ipſa turpis rei cupiditas pro actione damnetur, ne dum ad immunda properamus immundi ſimus. hiantes oculos, ne in omnia luxuriæ vitia nos præcipitent, claudamus. Curent ſedulo denique puellæ ne oculi aliorum per earum lumina patrantia, furtivos meditantia amores, ad intima præeordia delabantur. Quæ ut unicuique noſtrûm largiatur Verticordius Deus, propitius peto.

Clementiſſime Pater, cum tuo beneficio in lucem ſim editus, & per te in hoſpitium hujus mundi intraverim, quæſo humiliter ubertim flens, ut fortunæ ſalo quaſſus recumbam ſub protectionis tuæ tegmine ſecurus. Da mihi intellectum, Aba pater, & ſcrutabor legem tuam, ut eam in intimis cordis penetralibus cuſtodiam, ne intus adulter pernoteſcat. hoc peccatum, in quo conceptus, natus & adultus ſum, ut ſuffoces flagito. nudus humi infans jacui, indigus omni vitæ auxilio, tu benigne Deus per miſericordiam tuam hucuſque me aura veſci voluiſti, & à ventre matris meæ dies auxiſti meos. Largire mihi in hoc mobili tranſitorioque momento cor mundum, mentemque non alienæ pudi-

pudicitiæ ſollicitatricem, ſed ornatricem meæ. Negent malevoli me eſſe pudicum & falſis mordear opprobriis, tu interim ſis maneaſque inviolabile meum aſylum ac turris, ut illibati floris larem ſancte gubernem. Mens mea equidem tabida, pectus illuvie ſcabrum & ingenito peccato ſaginatum à facie iræ tuæ; verum per ſatisfactionem caſtiſſimi filii tui, & ſponſi noſtri, & per Spiritus Sancti operationem ſana me,

Molle meum levibus cor eſt
violabile telis

crucifige itaque Caſtiſſime ſponſe pectus telis cupidineis haud inexpugnabile. Miſericordiam tuam, Pater, deprecor, reminiſcere ſodes miſericordiæ tuæ, delicta autem lubricæ juventutis ne memineris,

miſericors Deus. Da ut ætas dum floreſcit, peccata ſeneſcant, caveam mihi ab hoc lubrico & fervido juvenilis ætatis gyro, nec fidam caduco viridioris corporis flori, nec vernanti ſanguini libido adhæreat. Indue me cilicio, aſperge me hyſſopo, quo anima albeſcat. Orna me clypeo contra Sathanam, carnem & mundum, nec non Sirenum ſcopulos puellarumque offucias, ut victoriam omninm maximam, hoc naturale vitium domuiſſe, obtineam, utque primum virtutum eſſe honorem ſedulo perpendam, hoc vitium fugere. Prochytam Suburræ proponam, mens laſciviæ flabris intumeſſens detumeſcat. Intret poſtulatio in conſpectum tuum, Deus, deprecationem exaudi, flectant te vota mea.

hæc

hæc mihi faxis munera, Sancte Deus:
Me liberes ab odio, ſodes, vatiniano Theologaſtrorum, quorum linguæ acumen magis, quam acies gladii formidanda, ab indoctis prævaricatoribus, qui acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: execrandam quorundam hypocriſis larvam ore rotundo puraque manu detegam in majorem nominis tui gloriam noſtræque ſalutis ædificationem: contra & injuſtos judices Terentianoſque Phormiones, qui ſibi ſemitam non ſapiunt, & alteri monſtrant viam & leges præſcribnnt me protege, ne in judicii loco impietas, & in juſtitiæ tribunali iniquitas regnet. Virtute irrumpam iniquitates, neque extimeſcam faciem potentis, ſemperque intelligam injuſtitiam eſſe acquiſi-

quiſitionem mortis, in quam ſuggere mihi tela. Da judicium tuum Principi, & ejus filio juſtitiam tuam, ut judicet incorruptus, comprimat corda felle & acerbo aceto percita, ſtudiisque humanioribus faveat. Sis tu, omnipotens Deus, clypeus in trucem hoſtem, caligine obſeſſum porrectus, injurias mihi à loquacibus rabulis, vulturibuſque togatis, Sycophantisque vibratas penes te ultorem deponam: Tu ſatis idoneus patientiæ ſequeſter: ſi damnum infligatur reſtitutor ſis, ſi dolorem medicus per & propter Paracletum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Precamur ſine intermiſſione &

FINE.

OPI-

OPISTHOGRAPHUM,
In ima cera

ERRATA,

Me invito irrepta, compleƈtens: quæ ſic verſo ſtylo illinere, & liturâ emendare poterit Leƈtor.

Pag.	Errata.	corrigenda.
Dedic.	tota orbe.	toto orbe.
Epiſt.	presbiteri	presbyteri.
Pag.2.	glorificarentur	glorificarens.
	alopecibus *vel ſimavis* Lyciſcis.	
3.	Epicarmus	Epicharmus Siculus.
6.	velle	velle.
8.	ὁ	οἱ.
	παῖδες	παῖδας.
	Ε'τῆ	Εὐτῇ.
10.		ἰατρῶν.
	Been	Beri.
11.	ἀλαθαρσίαν	ἀκαθαρσίαν.
12.	religebant	religabant.
36.	lubricant	lubricat.
	in quibuſd.	
60.	maſſa	maſſa.
65.	*in margine* Fruƈtricibus	Friƈtricbus.
72.	læva	lena.
91.	Leproſus	Leproſum.
117.	*bis* invaſerit, delendum itaque.	
126.	*in marg.* Joſu.	Jeſu.
131.	Hierocheninus	Hierochontinus.
139.	*in marg.* frarres	Fratres.
148.	poſſent	poſſint.
152.	phreniticum	phreneticum.
153.	frequentantur	frequentant.
154.	perfrici	perfricari.
	excandent	excandeſcunt.
149.	recententem	recentem.

Sed

Sed limites pro ratione æquoris papyracei figere cogor, adeoque plura, quæ addi & mutari poſſent, monere plena interdicit libri margo. Initiati orandi vel exorandi mihi, ut tralatitii meminiſcantur effati: *Omnium habere memorium & in nullo aberrare non eſſe mortalis conſtantiæ, ſed infallibilis Divinitatis*: qui ſi ſphalmata mea, crudo ingenio protruſa, amice commonefecerint, me gratum invenient clientem: cum omnes mortales, immortalitate licet dignos, erraſſe ſciam. Homines ſumus, omneſque deceptionis guſtamus latices: minutiora itaque candidi Lectoris humanitati commiſſa ſunto. Stolidiſſimi ſyllabarum aucupes pariter ac moroſi Cuminiſectores, qui demerſos ad quodcunque rodent ungues caputque ſcalpent, ſciant humanum eſſe errare, audiantque acuti Hiſpani patrocinium.

Non meus eſt error, nocuit Librarius illis.

FLACCUS.

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.

FINIS.